UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Enchiridivm Chronologicvm Sacræ Et Prophanæ Historiæ

**Salian, Jacques**

**Coloniæ Agrippinæ, 1638**

Enchiridivm Chronologicvm Sacræ Et Prophanæ Historiæ, Per annos expansos, à Mundo condito ad Christi Domini mortem, ex Annalibus P. Iacobi Saliani depromptum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-64957

Visual Library

# ENCHIRIDIVM CHRONOLOGICVM SACRÆ ET PROPHANÆ HISTORIÆ,

Per annos expanſos, à Mundo condito ad Chriſti Domini mortem, ex Annalibus P. IACOBI SALIANI depromptum.

*Prima Mundi ætas priorum Patriarcharum. Annorum 1656.*

IN principio creauit Deus, ex nihilo, cælum empyreum, terram, & aquam illi vndique circumfuſam. *In Apparatu c. 6. & 11.* *Ortus rerum.*

In cœlo creauit Angelos in gratia, quos ſuperbia deprauauit. *In Apparatu c. 7. 8. &c.*

Ineunte vere creatus eſt Mundus. *ibid. c. 4.* ſex dierum ſucceſſione, *c. 5.*

## *Annus Mundi primus.*

PRimus anni dies veſpere incho tus, priore pate ſua tenebroſu habuit ſub cœlo ſilentium, poſterio condita eſt lux, fuitque is dies Domi nicus. *Annalium dies* 1.

Secundo die creatur firmamentum orbeſque cœleſtes in medio aqu rum, & ex aquis, quando aër quoq & ignis producti ſunt. *Annalium di es* 2.

Tertio die congregantur aquæ i vnum locum, tellus apparet, eique d tur fœcunditas ad plantarum produ ctionem. Eodemque die producitu Paradiſus terreſtris.

Quarto die luminaria conſtituun tur in cœlis.

Quinto die ex aquis aues, piſceſqu producuntur.

*Adam.* Sexto die ex terra cætera animali procreantur, & poſtmodum ipſe ho mo à Domino ex luto formatur, & a nimatur, tum Eua ex eius coſta pro ducitur, &c. *Annal. dies* 6.

Septimus dies Sabbati & quieti, Domino ſanctificatur: Adam in para diſo manet in ſtatu innocentiæ ad di es aliquot. *Ibid. die* 7.

Decimo tertio die Adam tentatur

& pec

& peccat, & cum vxore eijcitur ex paradiſo. *Annalium die* 13. Concipitur Cain, *n.* 125.

## *Annus Mundi ſecundus.*

INitio anni naſcitur Cain. Nono inde menſe naſcitur Abel, *num.* 1. *&* 4. Anno deinde mundi tertio, & deinceps multiplicantur filij Adami. *Cain, & Abel.*

An. mundi 10. incipit Adam agnoſcere indolem diuerſam Caini & Abelis, *Vide etiam an.* 50.

An. m. 100. notantur ſacrificia Adami, Abelis, & Caini.

A. m. 130. Abel à fratre occiditur, & mox Cain ex piorum cœtu ſeparatur. *ibid. n.* 32.

An. m. 131. naſcitur Sethus in locum Abelis. Naſcitur & Enoch filius Caini. *ibid. n.* 6. *Seth.*

A. m. circiter 150. conditur à Caino Enochia ciuitas.

A. m. 236. Sethi 106. natus eſt filius eius Enos, qui cœpit inuocare nomen Domini. *a. m.* 250. *Enos.*

A. m. 326. naſcitur Cainan filius Enos, anno Patris 90. *Prior Cainan.*

A. mun. 396. naſcitur Malaleel, filius Cainan, anno Patris 70.

A. m. 461. naſcitur Iared filius M laleel, anno Patris. 65.

*Henoch.* A. m. 623. Natus eſt Henoch, an Patris 162. dat operam Aſtrologiæ. ſ. de an. m. 650.

*Mathuſalem.* A. m. 688. naſcitur Matthuſalem, lius Henochi, anno patris 65. Sub h tempora vixit Lamech atnepos Cai & eiuſdem interfector, idemque p lygamus. *num.* 5. *&* 6. Eiuſdem filij bel, Iubal, Tubalcaim, *num.* 15. 16.

*Lamech.* A. m. 875. naſcitur Lamech fili Matthuſalæ, anno Patris ſui 187.

*Adæ mors.* A. m. 930. moritur Adam *nu.* 1. ei dem pœnitentia & ſalus. *nu.* 3. *& ſe* Sepultura *nu.* 7.

A. m. 940. Eua mortua putatur.

*Henochi tranſlatio.* A. m. 987. Henoch translatus eſt a no ætatis 365. & 300. Mathuſalæ fi eius. Eius nunc vita ſine cibi neceſſit te traducitur, *n.* 17.

A. m. 1042. Sethus moritur ann natus 912. deinceps facta eſt commi tio Sethianorum cum Cainitis, eſt, filiorum Dei cum filijs hominun *ibid n.* 2. 3. *& ſeqq.* Neque tunc primu

*Gigantes.* fuerunt gigantes, ſed à mundi princ pio, *n.* 9. *&* 10.

*Noë.* An. mundi 1057. naſcitur Noë, an no Patris Lamechi, 182.

A. m

A.m. 1140. moritur Enos, annos natus 905. vixit poſt Patrem 98.

A.m.1235. moritur Cainan, anno vitæ 910. poſt Patrem annis 95.

A.m.1290. moritur Malaleel, anno vitæ 895. à Patre 55.

A.m.1422. moritur Iared, anno vitæ. 962. poſt Patrem 132.

A.m.1537. denunciatur Diluuium 120. annis antequam contigerit.

A.m.1557. conſtructio Arcæ Noëno præcipitur, eaque centum annis ab eo conficitur, *n.2.& ſeqq.* *Arca.*

A.m.1559. naſcitur Sem, anno patris 503. *Sem.*

A.m.1651. moritur Lamech, anno ætatis 777. Patris 964. Noëmi vero filij ſui 595.

A.m. 1656. mortuus eſt Mathuſalem, anno vitæ 969. inchoante, ipſo anno Diluuij, & Noëmi 600. *nu.*4.

Secundo menſe à veris initio, & 17. die menſis cœpit Diluuium; & non 27. *ibid.n.6.&* 7. Septem autem diebus ante monitus eſt Noë de ingreſſu in arcam *Gen.* 7.1.& 4. *Diluuiū.*

40. diebus pluuia perſeuerat, 150. diebus ſtant aquæ ſine incremento, vel decremento, *n.*38. deinceps minuuntur, *n.* 45. & poſt 13. dies Arca quieſcit, *n.* 40. & 46.

Septimo menſe 27. die menſis A
ſolo hæſit, *n.* 46.

Decimo menſe ab initio Dilu
prima die menſis apparuerunt ca
mina montium, *n.* 50.

Poſt 40. dies, ſiue 10. die vndec
menſis emiſſus eſt coruus: emiſſa
& columba, quæ eodem die redijt.

Poſt 7. dies, ſiue decimo ſepti
menſis eiuſdem, emiſſa eſt iterum
lumba, quæ redijt cum ramo oliuæ

Poſt alios ſeptem dies, iterum e
ſa eſt columba, nec redijt, & abſo
tus eſt annus Diluuij conſtans
diebus, *n.* 54.

---

## *Secunda mundi ætas poſteriorum triarcharum, annor. 382.*

AN. mun. 1657. idemq; Noë
Eius primo menſe, & primo
mẽſis ita imminutæ ſunt aquæ, v
tantũ alueis cõtinerentur, *n.* 4. *&*

Menſe ſecundo, 27. die menſis,
ra lutulenta arefacta eſt, quo die
minus iuſſit Noëmum cum ſui
gredi ex Arca, cum in ea manſiſſet
num vnum, & decem dies, *n.* 6. *&*

Hoc ipſo anno nati videntur n
tes aliqui Noë, ex filijs eius, vt Æ
primogenitus Semi, &c. *n.* 29. *&* 3

A.m.1659. naſcitur Arphaxad, ex patre Semo centenario.

A.m. 1671. Noë plantauit vineam, & hauſto vino ſopitus, à nepote Chami filio irridetur, qui à Noë maledicitur.

A.m.1694. naſcitur Cainan, anno patris Arphaxad 35. n. 9. *Cainan poſterior.*

A.m.1724. naſcitur Sala, anno patris Cainæ 30.

A.m.1754. naſcitur Heber, anno patris Salæ 30.

A.m. 1788. naſcitur Phaleg, anno Heberis parentis 34. quo tempore diuiſio terrarum à Noë facta eſt, *n. 6.* *Diuiſio terrarum.*

A.m.1818. natus eſt Rheü, anno Phalegi 30.

A.m. 1850. natus eſt Sarug, anno Rheü patris ſui 32. quo tempore nata perhibetur idololatria *n. 2.* *Ortus idolorum.*

A.m.1880. naſcitur Nachor, anno Sarug 30.

A.m.1909. ortus eſt Thare, anno Nachoris patris 29. quando Babylonica turris ædificari cœpit, *nu. 3. & 4.* quemadmodum & ciuitas, autore Nembrotho, *n.* 14. 20. *Thare.*

A.m.1931. contigit diuiſio linguarum, & diſperſio gentium, anno à Diluuio, 275. & Noë 875. *num.* 1. *& ſeqq.* *& num.* 7. *Diuiſio linguarũ.*

### *Imperium Aſſyriorum.*

*Belus.* A.m.1932. Nembroth, qui & Belus Babylone regnum inchoat, quod mox dictum eſt Aſſyriorum, à ciuitate Aſſur.

A. m. 1933. Aſſur filius Sem condit ciuitatem Aſſuriam, quæ poſtea à Nino occupata eſt, *n.1.*

A.m.1950. ſub hæc tempora Nembroth alias condidit ciuitates, Arach, & Achad, & Chalaamen, *n.1.*

*Regnum Sicyoniorum.* A. m. 1966. Diluuij 310. Ægyaleus regnum Sicyoniorum inchoat, *n.1.*

A.m.1979. Thare ſeptuaginta erat annorum, nec tunc genuit Abraham, *n.3.* ſed potius Aran, *n.5.*

A.m.1996. Nembroth, ſiue Belus anno regni 65. & regnandi, & viuendi finem fecit, *n.2. & 3.*

*Ninus.* A. m. 1997. Ninus regnare cœpit, anno 66. Imperij Aſſyriorum, qui Niniuem condit, ſiue inſtaurat, ſub regni exordium, *n.3.4.*

A.m.2000. natus videtur Nachor, ſecundus filius Thare, *n.1.* & Beli Apotheoſis à Nino celebrata, *n.2.* vnde inualuit idololatria, *n.4. & 5.*

*Mors Noëmi.* A.m.2006. & Diluuij 350. moritur Noe, anno ætatis 950.

A.m.

A.m.2017 moritur Ægyaleus, primus rex Sicyoniorum, cum regnaſſet 52. annis, cui ſucceſſit Europs.

A.m.2026. moritur Phaleg, annos natus 239. anno patris Heber 275.

A.m.2027. moritur Nachor, anno 148. vitæ ſuæ.

---

## *Tertia mundi Ætas, quæ eſt Abraha, & filiorum eius, annorum 425.*

AN. mundi 2039. Diluuij 383. naſcitur Abram, anno patris ſui Thare 130. & Nini 43. *Abraham.*

A.m.2044. Nini 48. ponitur bellum eius contra Zoroaſtrem Bactrianorum regem, ab Euſeb. in Chron.

A.m.2048. Ninus moritur anno regni 52. Imperij Aſſyriorum 117. Eodem Lot naſcitur patre Arano. *Lot.*

A.m.2049. Semiramis regnare incipit, & Sara vxor Abrahæ naſcitur, 10. annis eo natu minor, *n.* 1. filia Aran. *n.* 9. *&c.* *Semiramis.* *Sara.*

A.m.2052. Abrahæ 14. notatur eius à puero pietas.

A.m.2053. Cainan moritur, anno 360. patre & auo adhuc ſuperſtitibus, *n.* 1. *&* 2.

A.m.2056. moritur Rheü, an. vitę 23[...]
A.m. 2062. mortuus eſt Europs ſec[...]dus Rex Sicyoniorũ, an. regni ſui 4[...] cui proxime ſucceſſit Telchin. *Euſeb.*

A.m.2068. coniugium Abrahæ tri[...]cenarij cum Sara videtur contigiſſe ſicut & Nachoris cum Melcha, *n.*1.

An.m. 2079. moritur Sarug, anno natus, 230.

A.m.2090. Semiramis moritur, an. regni 42. Imper. Aſſyriorũ 159. cui ſucceſſit an. ſequenti Ninyas filius eius.

A.m. 2096. mortuus eſt hoc anno Arphaxad, anno vitæ 438. Semo patre eius adhuc ſuperſtite.

A.m.2105. Codorlahomor primum ſubiugat Sodomitas, &c. anno Abrahæ 67.

*Prior. Abrahæ vocatio.* A.m.2108. Abraham ſeptuagenarius exit è Chaldæa, & proficiſcitur in Charan, & hæc eſt prior Abrahæ vocatio, facta in Vr Chaldæorum, ante mortem Thare, &c. *n.*2.

A.m.2113. moritur Thare annos natus 205. poſt quinquennium commorationis in Charan.

*Poſterior.* A.m. 2114. Abraham annos natus 75. diuinitus iubetur exire de Haram, & proficiſci in Chananitidē, *nu.*1. & 2. Ei Deus tertium apparet. *numero* 13.

A.m. 2115. Abrahā ingreditur Ægyptum cum vxore, *n.*1.

A.m. 2116. cum ſuis redit in Chananitidem, *nu.* 1. & Lot ab Abrahamo ſeparatur, *n.* 2. moxque ei Deus IV. apparet, *n.* 6.

An.m. 2117. habitat in Hebron, & fœdus init cum Hebronitis.

A.m. 2118. Codorlahomor cum ſocijs pugnat cum Pentapolitis. Abraham cum ſuis eos vincit. & Lotum liberat, *n.* 13. *& ſeqq.* ei occurrit Melchiſedech, *n.* 38.

An. m. 2119. inſignis viſio Abrahæ, *Gen.* 15. quæ fuit quinta Dei apparitio, *n.* 3. quando fœdus cum Deo inijt *nu.* *n.* 3. 15. *&c.*

A.m. 2124. Coniugium Abrahæ cum Agar, *n.* 1. quæ vexata ab hera fugit Ægyptum verſus, & mox Angeli monitu redit ad Saram, *n.* 10. *&* 13.

A.m. 2125. naſcitur Iſmael ex Agare, anno patris 86. *Iſmaël.*

A.m. 2128. obit Ninyas anno regni 38. cui ſuccedit Arius anno ſequenti, Imperij Aſſyriorum, anno 198.

A.m. 2138 Abrahę centenario Dominus VI. apparet, ei filiũ ex Sara promittit, Circunciſio inſtituitur, & exercetur, *n.* 18. ſecuta eſt VII. apparitio Angelorum, quos accipit hoſpitio, *n.* 22. Clades pentapoleos, *n.* 67. *& ſeq.* Abraham migrat in Palæſtinam, *n.* 84. *Circunciſio.*

*Iſaac.* A.m. 2139. naſcitur Iſaac. Ammon quoque & Moab, *vide an. præcedentem, n.* 86.

A.m. 2144. eijcitur ex domo Abrahæ Agar cum Iſmaële, annum agente 20.

A.m. 2154. videtur contigiſſe coniugium Iſmaelis, & fœdus Abrahæ cum Abimelecho, *n. 2. & ſeqq.*

*Mors Semi.* A.m. 2156. moritur Sale, an. nat. 433.

A.m. 2158. moritur Sem, annos nat. 600. qui coæuus fuit quindecim generationibus. Eodem anno mortuus eſt Arius quintus Aſſyriorum rex, poſt 30. regni annos.

An. m. 2159. regnare cœpit Aralius apud Aſſyrios anno Imperij Aſſyriorum 228. ad annos 40.

Hoc ipſo anno videtur nata Rebecca, vel certe proximo.

*Sacrificiũ Iſaaci.* A.m. 2163. Abraham obtulit filium Iſaacũ in ſacrificium Deo, annos agẽtem 25. primo die ſeptimi menſis, *n. 5.*

A.m. 2164. videtur Abrahã nuncium accepiſſe de duodecim filijs Nachoris. *Gen. 22. v. 20.* quorum octo ex Melcha ſuſcepit, quatuor ex Roma concubina.

*Mors Saræ.* A.m. 2175. moritur Sara, annos nata 127. anno Abrahæ 137.

A.m. 2178. Iſaac annum agens 40. ducit vxorem Rebeccam.

A.m.

A.m.2179. contigit coniugium Abrahæ cum Cetura.

A.m.2198. Aralij Aſſyrij an. 40. & vlt. Rebecca concipit, & fit oraculũ de duobus fratribus in vtero poſitis, *n* 7.

A.m.2199. Xerxes Aſſyrius regnum inchoat an. Imperij 268. Eodem anno naſcuntur Eſau & Iacob. Et regnum Argiuorum ſub Inacho inchoatur. *ibi.* *Iacob & Eſau. Regnum Argiuorũ.*

An. mundi 2201. Abrahę teſtamentum hærede Iſaaco, & muneratis Ceturæ filijs.

An. m. 2213. Abrahæ obitus anno ætatis 175. & 100. promiſſionis. *Abrahæ mors.*

A.m.2217. obitus Heberis, annum agentis 464.

A.m. 2223. venditio primogenituræ Eſau videtur contigiſſe, eo vigeſimum quintum annum agente.

A.m.2228. Xerxes, qui & Balæus, ſiue Balanæus dicitur, anno regni 30. moritur, ſeptimus à Belo. an. Imperij 297. quando etiam contigit fames ſub Iſaac, *n.* 2.

A.m.2229. Armamitres Xerxi ſuccedit, octauus à Belo.

A.m.2234. Dominus apparet Iſaaco in Berſabee: qui ſequenti anno fœdus init cum Abimelecho.

An. m. 2238. Eſau quadragenarius ducit vxores, *n.* 1. *& ſeqq.*

An.m.2249. Phoronæus rex Argiuorum Inacho patri ſuccedit, *n* 1.

*Ogygium diluuium.* An.m. 2258. Ogygium diluuium contigit, anno Noëtici 602. 1020. ante principium Olympiadum.

*Mors Iſmaelis.* A.m. 2261. moritur Iſmaël, annos natus 137.

A.m. 2266. moritur in Aſſyria Armamitres, anno regni 38. cui ſuccedit Belochus Priſcus, an. ſeq. Aſſyriorum vero 336.

*Iacobi benedictio & fuga.* A.m. 2276. Iacob ſurripit paternam benedictionem, &; Eſau indignante, fugit in Meſopotamiam, *num.* 19.

A.m. 2278. mors Rebeccæ, anno ætatis, vt videtur 118.

An m. 2283. matrimonium Iacobi cum Rachele, à Labano interpellatur, intruſa Lia, *nu.* 2. ſed illam ducit poſt ſeptiduū, *n.* 7. vide ibi deinceps ordinem natiuitatis Patriarcharum. Eodem anno naſcitur Ruben, ſequenti Simeon, tertio Leui, quarto Iudas; & Dan ex Bala. a.m. 2286. *n.* 5.

*Ortus Patriarcharum.*

An.m. 2287. naſcitur Nephtali ex Bala, & Gad ex Zelpha.

A.m. 2288. oritur Iſſachar ex Lia, & ex eadem Zabulon.

*Ioſeph.* A.m. 2289. naſcitur Dina ex Lia, & Ioſeph ex Rachele.

An.m. 2295. anno vigeſimo habi-

tationis

tationis cum Labano, Iacob molitur diſceſſum cum ſuis. *Iacob redit in patriã.*

A.m. 2296. Migrat Iacob ex Chaldæa abſente Labano, qui eum perſequitur, *n.* 5. Iacobo occurrunt Angeli, *nu.* 16. moxque legationem mittit ad fratrem, *n.* 18. cum Angelo luctatur, *n.* 24. occurrit fratri, *n.* 34.

A.m. 2297. Iacob manet in Socoth, & mox in Salem, & patrem adit, *nu.* 2. & anno ſequenti, vbi emit agrum, *num.* 4.

A.m. 2301. moritur Belochus Priſcus, regni 35.

A.m. 2302. Balæus ſuccedit Imperio Aſſyriorum, a. 371. ad annos 52. *Euſeb. in Chron.*

A.m. 2303. & 4. ſomnia Patriarchæ Ioſephi contigerunt.

An. m. 2305. Dina ingreſſa annum 17. violatur: eius fratres vrbi Sichimorum inferunt vaſtitatem, *n.* 4. *&* 6. Iacob Dei iuſſu migrat ex Sichem, *num.* 14. *Dina violatur.*

A.m. 2306. Ioſeph annum agens 17. venditur, *n.* 2. *&* 25. eodem anno Rachel & Debora moriuntur, naſcitur Benjamin, *n.* 5. Iudas ducit vxorem, *n.* 45. *&* 46. anno ætatis 20. *Ioſeph venditur.*

A.m. 2307. naſcitur Iudæ Onan, & ſeq. anno Sela.

A.m. 2312. Ioſephus præficitur domui Putipharis, *n.* 2. & Leui ducit vxorem, *n.* 3.

*Mittitur in carcerẽ.* An.m. 2316. Ioſeph calumniam paſſus mittitur in carcerem ad triẽnium, annum agẽs 27. an. ſeq. miniſtrat vinctis, & ſomnia eorum exponit. *Vide quoque an. m.* 2319. *n.* 17.

*Iſaaci mors.* A.m. 2318. moritur Iſaac annos natus 180. Naſcitur Caath, Leui ſecundogenitus, *n.* 16.

*Iobi genus.* An. m. 2319. Iobi genus, *n.* 4. *& ſeqq.* probaturque Idumæus, *n.* 10. Is circa hæc tempora vixit, *n.* 15. *Ioſeph gloria, & principatus.* Ioſeph euocatur ex carcere ad enarranda Pharaonis ſomnia, *nu.* 20. Præficitur rei frumentariæ, *n.* 26. & palatio regio, *n.* 27. annos natus 30.

*Fertilitas Ægypti.* A.m. 2320. eſt primus annus fertilitatis Ægypti, & principatus Ioſephi. Suſcipit Manaſſem, *nu.* 4 & ſequenti anno Ephraim.

An.m. 2323. Her primogenitus Iudæ, anno ætatis 18. patris autem 38. ducit vxorem Thamarem, &c. *n.* 2. *&* 3. quando & Beniamin ſuſcipit Belam primogenitum, *n* 7.

A.m. 2324. Thamar accipit Onam maritum, vt ſuſcitaret ſemen defuncto, *num.* 2. moritur Onan, *num.* 3. *& ſeqq.*

An. m. 2325. moritur Eſau, annos natus 227. *Mors Eſau*

A.m. 2327. Primus annus famis in Ægypto. Iudæ vxor moritur, *nu.* 3. & Thamar ex illo geminos concipit, *nu.* 6. Iacob 10. filios mittit frumentatum in Ægyptum, *n.* 11. & 12. *Fames Ægypti.*

An. m. 2328 Secundo famis naſcuntur Phares & Zaram de Thamar. & Iobus Idumæus, *nu.* 7. fames cogit Iacobum ad alteram filiorum miſſionem in Ægyptum, *n* 12. vbi tandem Ioſeph agnoſcitur, *nu.* 41. qui euocat patrem cum ſuis, *n.* 50. *Iobi ortus.*

An. m. 2329. Tertius annus famis, fuit primus habitationis Iſraelitarum in Ægypto, Iacobi 130. Ioſephi 40. *Ingreſſus Iſraelitarum in Ægyptum.*

A.m. 2330. Quarto anno famis Ioſeph omnem pecuniam Ægyptiorum acquirit Regi. Quintus famis pecoribus ſpoliauit Æpyptum. Sexto vendunt Æpyptij terras ſuas, & libertatem. Septimo Ioſeph nutrit Ægyptios.

A.m. 2338. Sparta condita à Sparto filio Phoronei. *Sparta.*

A. m. 2345. Moritur Iacob annos natus 147. anno 17. habitationis eius in Ægypto. Principatus Ioſephi 26. *Iacobi mors.*

An. m. 2353 Balæus moritur, anno regni 52. cui proximo anno ſuccedit

Alta-

Altadas vndecimus Rex, anno Imperij 423. qui mortuus eſt anno regni 32. eique ſucceſſit.

An. m. 2386. Mamythus 12. Rex, ad 30 annos. Eodem naſcitur Amram, filius Caathi, patet Moſis.

*Iobi certamina.* A. m. 2398. Primus annus certaminum Iobi, oſtenditur ea duraſſe ſeptennium, *n.* 20. 21. & 22.

*Ioſephi mors.* A. m. 2399. Ioſephi vitæ, & principatus vltimus; illa fuit 110. annorum, hic octoginta, *ibid.*

A. m. 2401. Sub hoc tempus clades Ephraimitarum à Gethæis Palæſtinis contigit, *n.* 3.

A. m. 2403. moritur Simeon, annos natus 120. Sequenti autem Iudas, annum agens 119.

An. m. 2405. contigerunt extrema Iobi certamina, qui annus fuit vitæ ipſius 78. quando elatus eſt in ſterquilinium, &c. *nu.* 3. Eodem contigit aduentus amicorum eius, *n.* 6. reſtituitur in integrum, *n.* 12.

*Obitus Patriarcharum.* An. m. 2406. moritur Ruben, anno vitæ 124.

An. m. 2409. moritur Iſſachar, annum agens 122.

A. m. 2411. contigit obitus Zabulonis, anno ætatis 124.

A. m. 2412. moritur Dan, anno vitæ 127.

127. Aſer autem ſequenti, annos natus 1 6.

A.m. 2415. obijt Mamythus, anno regni 30. ordine duodecimus, anno Imperij Aſſyr. 484.

A. m. 2416. Mamytho ſuccedit Machalæus, moritur autem Benjamin, annos natus 111.

A.m. 2418. contigit obitus Nephtali, & Gadi, anno vtriuſque 132.

A.m. 2421. obit Leui, annos natus 127. à morte Ioſephi 22.

A. m. circiter 2428. moriuntur Manaſſes, & Ephraim.

An.m. 2445. Machalæus 30. regni moritur, cui ſuccedit Sphærus rex decimusquartus, anno Imperij 515.

An.m. 2450. moritur Caath, auus Moſis, annos natus 133.

A.m. 2451. contigit initium ſeruitutis Iſraëlitarum in Ægypto. Variæ illius cauſæ extiterunt, *n. 3. & ſeqq.* *Seruitus Aegyptia Iſraelitarum.*

An. m. 2452. Amrami patris Moſis coniugium.

A.m. 2456. alter Hebraicæ ſeruitutis gradus, quando iubentur obſtetrices pueros occidere.

A.m. 2457. ortus Mariæ ſororis Moſis.

A.m. 2461. oritur Aaron frater Moſis.

An. mundi 2463. Tertius Hebraicæ ſer-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſeruitutis gradus, cum edicto demergendi infantes. *n.* 5. *&* 6.

---

*Quarta mundi Aetas, quæ eſt Iudicum Hebræorum, ann.* 476.

*Moyſes.* AN. mundi 2464. naſcitur Moyſes, *nu.* 8. circumciditur, *nu.* 10. exponitur, *n.* 12. liberatur, *n.* 15. &c.

An. m. 2465. Sphærus Aſſyrius moritur an. regni 20. cui ſuccedit Mamylus decimus quintus à Belo, an. Imperij Aſſyr. 535.

A. m. 2468. antiquatur edictum de pueris occidendis, & Moſes educatur in aula regis.

A. m. 2470 Moſis inſtitutio puerilis, anno 7. vitæ ipſius.

An. m. 2478. Moſis 15. & deinceps: ponit armorum tyrocinium, praximque Philoſophicam aſſumit, *n.* 1. 2.

*Ioſue.* An. m. 2491. naſcitur Ioſue, anno Moſis 28.

An. m. 2494. Bellum Æthiopicum Moſis inducitur à Ioſepho, & reijcitur, *n.* 13, *& ſeq.*

A. m. 2495. Mamylus obit 30. regni anno, cui ſuccedit Sparetus, ad annos 40. Imperij Aſſyriorum anno 565.

*Cecrops.* An. m. 2498. Moſis 35. Cecrops regnare

nare cœpit Athenis, eoque idololatriam ex Ægypto inuexit.

An.m.2503. Moſes anno 40. ab aula diſcedit, *n.* 2. negat ſe filium filiæ Pharaonis, &c. fugit in Madian, *n.* 20.

A.m. 2504. Moſis apud Madianitas commoratio: tardius vxorem ibi duxiſſe videtur, *n.* 6. & 7. *Moſes in Madianitide.*

An.m. circiter 2505. videtur contigiſſe Aaronis coniugium. Eo autem anno naſcitur Caleb, *n.* 3. *Ortus Caleb.*

A.m. 2514 Moſes vitam agit paſtoritiam. *n.* 2. & *ſeqq.*

An.m. 2522. moritur Amram pater Moſis, annos natus 137. *Exod.* 6. 20.

An.m. 2530. Diluuium Deucalionæum, anno Moſis 67. & Cecropis 35. & Phaëtonis deflagratio, *n.* 2. 3. *&c.* *Diluuium Deucalionæum.*

An.mun. 2535. Spareti obitus, anno regni 40. Imperij Aſſyriorum 604.

An.m. 2536. regnat Aſcatades 17. à Belo, anno Moſis 73.

A.m. 2538. Ortus Gerſam & Eliezer filiorum Moſis, anno patris 75. & Areopagi antiquitas, *n.* 4. & *ſeqq.* *Areopagus.*

A.m. 2543. Moſis 80. finit ſeruitus Hebræorum, a. 215. moræ in Ægypto, & Promiſſionis 430. quo anno Moſes adit Pharoanem, & ſex plagis afficit.

An.m. 2544. & Moſis 81. contigit exi- *Exitus*

*Iſraelis ab Aegypto.* exitus ab Ægypto, & datur lex in monte Sina, Iobus moritur, *n.* 751. annos natus 217. huius anni initio ſeptima plaga, & reliquæ deinceps infliguntur, *n.* 2.

*Aaron I. Pont.* A.m. 2545. initium Pontificatus Aaronis. Erigitur & dicatur Sanctuarium, Maria murmurat, *n.* 182. mittuntur Exploratores, *nu.* 200. in quorum reditu grauiſſima ſeditio excitatur, *n.* 210. *& ſeqq.* *Exploratores.*

*Seditio Core.* A.m. 2547. contigit ſeditio Core, & quæcunque illi coniuncta ſunt, vt poſtridie redintegrata ſeditio, *n.* 38. Virga Aaronis floret, n. 53.

An.m. 2575. moritur Aſcatades 40. regni anno, Aſſyriorum 644. nouum Aegypto datum nomen, *n.* 1.

*Troia.* An. m. 2576. Regnum Aſſyriorum ſuccedit Amyntes ad annos 45. Troia à Tardano condita eſt, & dicta Dardania, *ibid.*

*Regnum Argiuorũ.* An.m. 2581. regnare cœpit Danaus primus Rex Argiuorum, ad annos 50. ex eo Græci dicti ſunt Danai.

*Mors Moſis, Mariæ & Aaronis.* A.m. 2583. moritur Moſes, anno ætatis 120. anno ab Exitu 40. ſed prius moritur eius ſoror Maria in Cades, manſione 33. *num.* 4. & 5. ad eundem annum pertinent aquæ contradictionis, *numer.* 10. *& ſeqq.* & legatio ad regem

gem Idumææ. *num.* 18. *&c.* Moritur Aaron in monte Hor, manſione 34. *numer.* 26. *& ſeqq.* Eleazarus fit Pontifex, *numer.* 30. *&* 35. Res geſta contra Arad, *num.* 35. *&* 36. Iſraëlitæ murmurant, & à ſerpentibus puniuntur, *num.* 40. *& ſeqq.* Sehon rex Amorrhæorum profligatur, *n.* 52. & Og rex Baſan; *nu.* 56. Legatio Balac regis Moab ad Balaam, *num.* 60. *& ſeqq.* Iſrael fornicatur cum Moabitis, & initiatur Beelphegor, *nu.* 84. *&c.* numeratur nouus populus, *num.* 96. *Eleazar II. Pont.* *Balaam.*

Moyſi mors ſua denunciatur, *n.* 99. Dominus eligit in eius locum Ioſue, *n.* 104. *& ſeqq.* qui bellum gerit contra Madianitas, *num.* 110. 113. *&c.* Balaam reuerſus ex Meſopotamia miſerè periit, *num.* 117. 118. Duæ tribus petunt à Moſe habitationem trans-Iordanem, & impetrant, *num.* 132. obitus Moſis, & quæ illi coniuncta ſunt, *numer.* 316. *& ſeqq.*

An. mundi 2584. Ioſue mortuo Moſe, init magiſtratum, *n.* 1. 2. Dimittit exploratores, *num.* 5. *& ſeqq.* Iſraelitæ Iordanem tranſeunt, *n.* 39. *& ſeqq. & numer.* 57. In Galgalis noua facta eſt circumciſio, *n.* 67. dicta eſt ſecunda à prima Abrahami, *nu.* 73. acceptis nouis frugibus manna defecit, *nu.* 82. *& ſeqq.* *Ioſue I. Iudex.*

*& ſeqq.* Expeditio Ierichuntina ſuſc
picitur, *n.* 100. *& ſeqq.* eius muri corru
unt, 105. expugnatur, &c. 108. ſacri
legium Achan, 115. & inde orta clade
119. Vrbs Hay occupatur, atque in
ceditur, *n.* 135 &c.

Ioſue adit Hebal & Garizim, vb
lex recitatur, *n.* 140. *& ſeqq.* Gabaon
tarum fallacia exponitur, *num.* 146. a
160. Pugna & Victoria de quinq; Re
gibus huc pertinet, *nu.* 162. *& ſeqq.* S
& Luna conſiſtunt, 168. Regnum ſup
plicium, *n.* 178.

Buſiridis crudelitas, & ſupplicium
*num.* 197.

An. m. 2585. Rex Aſor conuoca
Chananæos Aquilonares ad bellum
contra Ioſue, *n.* 2. *& ſeqq.* qui mox vin
cuntur, *nu.* 12. Aſor vaſtatur occiſo re
ge, *num.* 17.

An. m. 2589. iubetur Ioſue parti
Chananitidem, licet nondum totam
ſubactam, *nu.* 2 3. tribus de cauſis, n
terra habitatorum penuria deſolare
tur, vt populus bello exerceretur, v
Iſraelitæ probarentur, *n* 6. *&* 7. Migra
tur ex Galgalis in Silo, *n.* 19. 20. Oſſa
Ioſephi translata, *n.* 26.

*Silo.* An. m. 2590. Sanctuarium conſti
*Anni Sabbatici.* tuitur in Silo, *n.* 8. 9. hoc anno ſtatui
tur initium annorum Sabbaticorum,
*n.* 5. 6.

*n.*5.6.&c. fit noua electio Geometrarum ad diuiſionem terræ, *n.*10.11. &c. Sortitio tribuum facta, eiuſque modus & ordo, *n.*22.23. aſſignantur Vrbes refugij, *nu.*26. & Leuitarum, *nu.*27.28. Rubenitæ cum ſocijs conſtruunt altare ad Iordanem, vnde excitatæ ſunt turbæ, *n.*36. *& ſeqq.* *Vrbes refugij.*

An.m.2597. annus ſecundus Sabbaticus, *nu.*1. habitat Ioſue in montanis, *num.*2.3.

A.m.2599. priora comitia Ioſue, *n.* 1. *& ſeqq.* Hebræi ab Angelo arguuntur, *n.*10. in loco flentium, *n.*15.

A.m.2600. Ioſue moritur anno ætatis 110. principatus 17. *n.*1.& 4. prius habet comitia, & adhortationem ad populum, *num.*6. *& ſeqq.* renouat cum Deo fœdus, *n.*14. *& ſeqq.* mors & ſepultura Ioſue, *n.*23. *&* 24. mors & funus Eleazari, *n.*42. *& ſeqq.* *Mors Ioſue.*

A.m.2601. Phineis Pontificatus, *n.* 7. Diſtributio annorum Othonielis, *n.*10.11. Expeditio cōtra Adonibezec, *n.*12.17.18. &c. *Phinees 3. Pont. Othoniel 2. Iudex.*

A.m.2602. Expeditio contra Ieruſalem, *n.*1. &c. vnum annum occupauit, *ibid.*

A.m.2603. Expeditio in Hebron, *n.* 1.2. varia de Hebrone referuntur, *nu.* 6.7.&c.

An. m. 2604. expeditio in Dabir, & annus Sabbat. 3. Migratio Cinæorum contigit hoc tempore, eius cauſa amor ſolitudinis, erāt quaſi religioſi illorum temporum, *nu.* 9. 10. & ſchol. 1

*Cinæi.*

An. m. 2605. expeditio Simeonis contra Saphaad & Philiſthæos, *nu.* 1. 4 *& ſeqq.* expeditio filiorum Ioſeph, *num.* 7. 8.

A. m. 2611. quartus annus Sabbaticus, *n.* 1. & primus annus primi Booz, tres enim fuiſſe perſuadet tēporis longinquitas vſque ad Dauidem, *ibid.*

*Booz.* 1.

A. m. 2617. mors Calebi, anno vitæ 113. cum natus eſſet anno Moſis 42.

A. m. 2618. annus quintus Sabbat.

An. m. 2620. Amynthæ regis Aſſyriorum decimi octaui 45. & vlt. Imperij 689.

An. m. 2621. Belochi II. 1. eius filia Atoſſa, quæ dicta eſt ſecunda Semiramis, *n.* 1.

An. m. 2622. Iſraelitæ in idola prolapſi, *n.* 1. eodem tempore hiſtoria Michæ contigit, *nu.* 2. & 3. idem idoli autor fuit, *n.* 7. 8. in tribum Dan idololatria transfuſa, *n.* 12. *& ſeqq* Danitæ occupant vrbem Lais, *nu.* 22. 23. *& ſeqq.* Idolum Michæ annis 317. colitur vſque ad Samuelem, *num.* 26. & 27. Clades Benjaminiæ tribus, *nu.* 31. ex iniuria

*Michas.*

ria vxoris Leuitæ, *n.*31.&c. Raptus Siluntinarum, à reliquijs Beniaminitarum, *n.*85.

A.m.2623. initium ſeruitutis 8. annorum ſub Chuſano, *n.*1. *1. Seruitus ſub Chuſano.*

A.m.2624. Raptus Europæ, non ſatis certi temporis, *n.*1.

A.m.2625. ſextus Sabbaticus, *num.* 1. Cadmi regnum, *ibid.* *Cadmus.*

An.m. 2630. Octauus ſeruitutis Chuſan, *n.*1.& mors Danai, *ibid.* finita eſt ſeruitus anno ſeq. ſuſcitato Othoniele, *n.*3.*&c.* qui cultum diuinum anno ſeq. reſtituit, *n.*1.

A.m.2633. primus Iubilæus Moſaicus, *num.*1. differt à mundano, *nu.*2. in cuius 33. annum incurrit, *ibid.* *Iubilæus Moſaicus.*

A m.2639. octauus annus Sabbaticus; hi anni numerandi ſeorſim à Iubilæis, vt hebdomadæ ſeorſim à menſibus, *n.*1.

An.m. 2640. mors Othonielis 40. annis à morte Ioſue, *n.*1. mors Phineis, eiuſque ætas centenaria, *n.*3.

An.m. 2641. Iſraëlitæ redeunt ad idola, *n.*1.&c. initium Pontificatus Abiſue filij Phinees, *n.*6. Aodi Iudicis 1. *Aod. 3. Iudex. Abiſue 4. Pont.*

A.m.2645. Belochus II. moritur an. regni 25. Imperij Aſſyriorum 714.

A.m.2646. Bellepares regnum Aſſyriorum adit, anno Sabbatico nono, & Aodi 6.

A.m.2651. initium ſeruitutis Iſraeli-
*2. Seruitus* tarum 18. annorum ſub Eglone Moa-
*ſub Eglone.* bita, *n* 1.

A.m.2669. ſoluta eſt eã ſeruitus o-
pera Aodi, *n.*1. & 2. à quo deleti Moa-
bitæ, *n.*14.

A.m.2675. moritur Bellepares, an-
no regni 30. Imperij 744.

An.m.2676. Lamprides à Belo 21.
*Booz 2.* regnare cœpit; & ſecundus Booz vi-
uere. Quo pertinent quæ de Progne
& Philomela filiabus Pandionis tra-
duntur, *n.*1.

A.m.2681 annus Sabbaticus 14.

A.m.2683. ſecundus Iubilæus Mo-
ſaicus, quando & bellum de ſacris E-
leuſinijs geſtum perhibetur, *n.*2.

A.m.2687. Tros regnat in Darda-
nia. Sequens autem annus fuit Sabba-
ticus 15.

An.m.2692. ad hunc annum perti-
net raptus Ganymedis, *in Chron. Eu-
ſebij.*

An.m.2695. eſt 16. Sabbaticus. Se-
*Bocci* quenti autem ponitur Bocci Pontifi-
*5. Pont.* cis initium, *n.*1.

A.m.2700. Mundanus Iubilæus 54.
*Iſthmici* quando & ludi Iſthmici inchoati fe-
*ludi.* runtur, à Siſypho in honorem Meli-
ceræ, *n.*1. *&* 2.

A.m.2702. Sabbaticus 17.

A.m.

An.m.2707. Lamprides obit, anno regni 32. & Erechthæus Rex Athenienſium 6. poſt annos regni 50. Illi ſuceſſit apud Aſſyrios Soſaris, huic apud Athenienſes Cecrops ſecundus. Ille ad annos 20. iſte ad 40.

An.m. 2709 Sabbaticus 18. floret Bellerophon, *n*.4. ſchol.2.

An.m. 2710. Aodi mors anno 80. principatus. Poſt eum fuit Sangar, non tamen fuit Iudex, *n*.6. *&* 7.

An.m 2721. Initium Baraci & Debboræ Iudicum, & Ozi Pont. & ſeruitus ſub Iabino incœpta, *n*. 4. *& ſeqq.* *Ozi 6. Pōt. Barac & Debbora.*

A.m.2727. obitus Soſaris regis Aſſyriorum à Belo vigeſimi ſecundi, Amphion regnat Thebis, & citharæ cantu ſaxa mouet, *n*.1. Soſari ſucceſſit anno ſequenti Lampares. *3. Seruitus ſub Iabino. Amphion.*

An.m.2730. Sabbaticus 21. Europæ raptus, & aliorum, *n*. 1. 2. *Europa.*

A.m.2734. Pelops regnat in Peloponeſo, à quo peninſula nomen accepit. *Pelops.*

A.m.2741. initium libertatis Iudæorum ſub Barac & Debbora. *nu*. 1. Quæ fuerit Iaël, & quis Haber Cinæus, *n*. 4. 5. Siſaræ fuga, latebræ interitus, *nu*.16. *& ſeqq.* Booz naſcitur, *n*.24. tres fuiſſe cognomines, *ibid. & ſeqq.* *Iaël. Booz 3.*

A.m.2743. initium regni Mycenarum ſub Perſeo.

An. m. 2757. Lampares moritur, cui ſuccedit Panyas ad annos 45. Hic ipſi annus eſt Sabbaticus 25.

A. m. 2760. Mors Baraci & Debboræ, n. 1.

*Zaraias 7. Pont.* *Gedeon.* *4. Seruitus ſub Madianitis.* An. m. 2761. initia Gedeonis, & Zaraiæ Pont. n. 1. & Madianiticæ ſeruitutis, nu. 6. ſeptem annis durauit. Soluitur anno 2768. Angelo exſuſcitante Gedeonem, n. 6. & 7. & 12. 13. &c.

A. m. 2769. finis Madianitarum, n. 1.

*Cyzicus.* A. m. 2771. Cyzicus condita ab Argonautis, n. 1.

*Dædalus.* A. m. 2775. Dædalus & Dedalæa ſimulachra mobilia, num. 1. 2. Labyrinthus, &c. n. 3.

*Tyri conditus.* A. m. 2783. Tyrus condita, an. 240 annis ante templum Salomo. Res examinatur, n. 2. & ſeqq.

*Orpheus.* A. m. 2786. Floret Orpheus. Videtur fuiſſe Magus, ſicut & Amphion, n. 4. & 5. ex eius morte confirmatur, n. 6. idem de Muſæo dicendum videtur, num. 7.

An. m. 2789. Linus Orphei frater Herculis præceptor innoteſcit, n. 2.

An. m. 2800. mors Gedeonis, ætas, &c. n. 2. 3. &c.

*Abimelech.* A. m. 2801. Principatus Abimelech, & Iſraëlitarum in Gedeonem ingratitudo, n. 3. ille fratres calumnia oppreſſos

ſos interficit, *n.* 11. & 12. fit Rex, *nu.* 14. Huc pertinet hiſtoria Ruthæ, *n.* 23. & Ruth. 24. *& ſeqq.* & maritus Noëmi Elimelech, *n.* 33.

A.m. 2802. obit Panyas Aſſyrius, *n.* 8. quo ipſo anno contigit Ruthæ coniugium, *n.* 5.

An.m. 2803. Soſarmus fit Rex Aſſyriorum, *nu.* 1. Abimelech tyrannus interficitur, *n.* 21. *& ſeqq.*

An.m. 2804. Thola ſeptimus Iudex Iſraëlitarum. *Thola Iudex.*

A.m. 2806. Anteus in Libya ab Hercule lucta victus occiditur, *n.* 1. de Hydra, *ibid. n.* 2. *Hydra.*

A.m. 2810. Duo filij Elimelechi, Mahalon & Chelion in Moabitide moriuntur ob illegitimum coniugium, *n.* 1. & 2. Noemi redit in patriam, *n.* 3. eã Orpha deſerit, Rutha ſequitur, *n.* 7. & 8. tota hic deinceps ponitur hiſtoria Booz, qui eam ducit, *n.* 55.

A.m. 2811. Obed, Dauidis auus naſcitur. *Obed.*

An.m. 2814. Annus Sabbat. 33. ad quod tempus refertur Minotaurus, & quæ ad eum pertinent. *Minotaurus.*

A.m. 2821. Soſarmus moritur, *n.* 1. & Booz, *num.* 3. & initium regni Theſei apud Athenienſes, & expeditio Argonautarum, *num.* 8. Centauri quoque *Argonautæ & Theſeus.*

& Lapithæ huc pertinent, *nu.* 9.10.11.

A.m.2822. initium Mithræi regis à Belo 26. Expeditio ſeptem Heroum aduerſus Thebas, *nu.* 2. & 3. Epigoni, *num.* 4.

*7. Thebani Heroes.*

A.m.2826. Tholæ obitus & ſepultura, *n.* 1. & 2,

*Iair Iudex.* A.m. 2827. Iairus fit Iudex Iſraelitarum, *n.* 1. eiuſdem numeroſa familia, *num.* 4.

*5. Seruitus ſub Ammonitis.* A.m.2832. ſexto Iairi anno inchoatur ſeruitus 18. annorum ſub Ammonitis, *n.* 1. & *ſeqq.* quæ in primo Iephte terminatur, *n.* 4.

*Theſeus.* A.m.2833. Theſeus populum congerat Athenas, *n.* 1. & 2. & alia de ipſo deinceps. Vide etiam annum 2835. in quem cadit annus Sabbaticus 36.

*Heli.* An.m.2842. Natus eſt Heli, qui poſtea ad annos 40. Pontifex fuit. Erat autem hic annus vndecimus Ammonicæ ſeruitutis, quo anno Carthago condita dicitur à Philiſto, apud Euſeb.

*Carthago.*

A.m.2848. moritur Mithræus, anno regni 27. & Iair quoque anno principatus 22.

*Iephte.* A.m.2849. incipit regnare apud Aſſyrios Teutanes, & Iephte iudicare Hebræos. Ad illius initia pertinet raptus Helenæ à Theſeo, *n.* 39. eiuſdem mors, *num.* 40. & 41. de morte Helenæ,

næ, & Herculis agon Olympicus. *nu.* 42. &c. Iephte fuiſſe Iudicem, *nu.* 24. *& ſeqq.*

An. m. 2850. Iephte vouet ſacrificium, *n.* 3. *& ſeqq.* ex inſpiratione diuina, *n.* 7. *& ſeqq.* filiæ cædes, *n.* 30.

A. m. 2851. Epigoni Heroum Thebanorum mors, *n.* 3. *Epigoni.*

An. m. 2854. Iephte moritur, *num.* 1. laus eius, *n.* 4. *& ſeqq.* Herculis interitus, *n.* 11. *Mors Herculis.*

An. m. 2855. Abeſan fit Iudex, *nu.* 1. Raptus Helenæ à Paride, *vide ibid. nu.* 5. eius coniugium, & c. *n.* 6. *& ſeqq.* *Abeſan.*

A. m. 2860. inchoatur quadragenaria ſeruitus Hebræorum ſub Philiſthæis, *num.* 6. quæ finita eſt in morte Samſonis, *ibid.* eiuſdem ortus, *n.* 8. patria & parentes, *num.* 9. 10. *&c.* *6. Ser. ſub Philiſthæis 40. ann.*

A. m. 2861. obit Abeſan Iudex, anno 7. Naſcitur Samſon, *n.* 2. *Samſonis ortus.*

A. m. 2862. Aialon init magiſtratũ. *Aialon.*

An. m. 2864. Apparatus ad bellum Troianum diuturnus.

An. m. 2871. Aialonis 10. capta eſt Troia, *n.* 1. 2. &c. Achilles occiditur, *n.* 5. & Patris, *n.* 6. Æneæ diſceſſus, *n.* 13. Aialonis obitus, & ſepultura, *n.* 14. *Troiæ excidium.*

A. m. 2872. Abdon fit Iudex, *n.* 1. &c. *Abdon.*

A. m. 2877. moritur Æneas in pugna ad Numicum amnem.

A.m. 2879. Abdon Iudex moritu[r]

*Samſon.* A.m. 2880. Samſon fit Iudex, ætati[s] 20. *n.* 1. &c. vexat Philiſtæos quibu[s] Iſraelitæ tum ſeruiebant, an. 2. Samſonis, *n.* 6. Teutanes Aſſyrius mori-tur 32. regni, *n.* 2.

*Iſai.* A.m. 2881. Tautæus imperat Aſſyrijs vigeſimus octauus à Belo. Iſai pater Dauidis naſcitur.

An.m. 2882. Videtur Samſon iniſſe magiſtratum, *n.* 1. & 2.

An.m. 2884. videtur contigiſſe res à Samſone geſta in Gaza, *nu.* 1. & 2. qui eſt annus Sabbat. 43.

*Elcana.* A.m. 2889. Elcanæ & Annæ coniugium contigiſſe apparet, *n.* 1. qui ſunt Samuelis parentes, *n.* 2. &c.

An.m. 2894. Elcana propter Annæ ſterilitatem alteram ducit vxorem, *n.* 1. & 2.

*Seruitutis ſub Philiſthæis finis.* An.m. 2899. poſtremus annus Samſonis; & Philiſthæorum quadragenariæ dominationis in Hebræos, *n.* 3. capitur Samſon à Philiſthæis & excæcatur, *num.* 28. columnas concutit & domum ſupra ſe euertit, *num.* 44. de fine vero ſeruitutis, vide etiam *n.* 48. & 51. vbi de metu, & magnitudine cladis Philiſthæorum agitur.

*Heli Iudex & Pont.* An.m. 2900. Heli fit Pontifex poſt Achitobum, *n.* 5. & 6. fit & populi Iu-

dex,

dex, *n.7.& ſeqq.* concipitur Samuel, *n.* 18.19.36. Alba quoque hoc anno condita, *n.*37. *Alba vrbs.*

A.m.2901. Naſcitur Samuel, *n.*1. *Samuelis ortus.*

An.m.2903. Samuel offertur Deo à matre, *n.*4. & 13.

An.m.2905. reditus Heraclidarum in Peloponneſum, *n.*1. naſcitur; Iulus, Aſcanij filius, Æneæ nepos, *n.*2.

A.m.2907. Samuel ſeptennis incipit miniſtrare Heli, *n.*1.

An.m.2912. Prophetia viri Dei aduerſus Heli, *n.*2.

An.m.2913. initium prophetiæ Samuelis aduerſus Heli, & qua vtriuſque ætate, *n.*1.& 2.

An.m.2920. Tautæus Aſſyriorum rex 28. moritur, anno regni 40. cui anno ſequenti ſuccedit Thinæus.

An.m.2926, annus Sabbaticus 49. & variæ tunc Samuelis Prophetiæ.

A.m.2927, finis regni Sicyoniorum quod 962. annis ſtetit, *ibid.*

An.m.2931. ortus Berzellai amici Dauidis.

A.m.2939. moritur Heli 40. Pontificatus anno finitur mora ſanctuarij in Silo, poſt 350. annos. Duo filij Heli in bello moriuntur, & Arca à Philiſthæis capitur, *n.*19. *Mors Heli.*

## Quinta mundi Aetas, quæ eſt Regum Hebræorum annorum 577.

*Samuel Iudex. Achitob Pont.*

AN. mundi 2940. Samuel in Iudicem eligitur loco Heli. Non fuit Pontifex, neque ſacerdos, *nu.* 6. & 7. niſi extra ordinem diuino priuilegio, *num.* 8. Pontificatui Heli ſuccedit Achitob eius nepos, filius Phinees, *n.* 10. Arca fœderis Philiſthæos vexat, *n.* 25. & *ſeqq.* Septem menſibus manet apud eos, *n.* 39. eius reſtitutio mirabilis, *nu.* 49. Naſcitur hoc anno quartus filius Saul Isboſeth, *n.* 76. & 77.

*Isboſethi ortus.*

An. m. Arca collocatur in Cariathiarim, *n* 1. in colle eius vrbis, *nu.* 3. A quo tempore tabernaculum fuerit translatum in Nobe, *n* 7. ibique ſacrificabatur, *num.* 10. deinceps Silo deſerta, *num* 8.

An. m. 2947. Annus Sabbaticus 52. Samuel hoc maxime tempore populum excolit, qui Philiſthæis tributa pendit à morte Heli, & clade Hebræorum, *n.* 3.

A. m. 2950. Thinæus Aſſyrius moritur anno regni 30. In quem annum cadit poſterior Heraclidarum reditus in Peloponneſum, *n.* 3. Dauid naſcitur anno patris 70.

*Ortus Dauid.*

A. m.

A.m.2951. Dercylus regnare cœpit apud Aſſyrios ad annos 40.

A.m.2960. Iſraelitæ opera Samuelis fœdus ineunt cum Domino, *n.*5.& *ſeqq.* Comitia habentur in Maſphath, *n.*9. Inde occaſio belli Philiſthæis *nu.* 17. qui diuinitus vincuntur, *nu.*23.24. Hebræi recipiunt amiſſas ciuitates, *num.*27. Filij Samuelis à patre Iudices conſtituti ſunt, *num.*28. 29.

A.m.2961. Huc pertinent initia regum Lacedæmoniorum, quorum fuerunt familiæ duæ ſimul regnantes, *n.* 9. annus Sabbaticus 54. *n.*9. *Spartani reges gemini.*

A.m.2962. initium regni Saulis, *n.*1. regnauit annis 18. Achias agit Pontificem, *n.*8. Saulus familia, *nu.*44. & præſtantia, *n.*45. & *ſeqq.* *Regnum Saulis Achias Pont.*

A.m.2963. Populi comitia in Maſphath ad creandum regem, *nu.*1. Bellum Ammoniticum, *n.*26. à Saule profligatur, *nu.*44. renouantur comitia in Galgalis ad regis confirmationẽ, *n.*54.

An.m.2964. duo anni regni Saulis quomodo accipiendi, *n.*1. & *ſeqq.* maxime, *nu.* 5. Ionathas delet præſidium Philiſthinorum, *num.*12. amiſſio regni prædicitur Sauli, *n.*27.

An.m. 2965. Noua Saulis in regno confirmatio, *n.*4. moxque bellum gerit cõtra Moabitas, Ammonitas, Idu-

mæos, Syros, Philiſthæos, & Amalecitas, *n.* 5. *& ſeqq.* Bellum Rubenitarum contra Agaræos, *ibidem, num.* 10. *& ſeqq.*

*Cinæi apud Amalecitas.*

An. mu. 2968. Bellum Saulis contra Amalecitas, *n.* 1. *& ſeqq.* Cinæi periculo eripiuntur, *nu.* 14. fuerunt viri religioſi, *ibid.* Saul abdicatur regno, *n.* 49. non amittit tamen eius poſſeſſionem, *num.* 51. 52. *& ſeqq.* Prædicitur Sauli translatio regni in Dauidem, *ibidem num.* 65. Agagi mors, 68. & 69.

*Dauid inungitur. Saul vexatur.*

An. mun. 2969. Prima Dauidis inunctio in Regem, *num.* 1. & 39. octauus fuit filiorum Iſai, *num.* 32. & ſpiritu principali donatur, *num.* 45. *& ſeqq.* Spiritus autem Domini receſſit à Saule, *num.* 51. & inuaſit eum ſpiritus malus, *num.* 53. *& ſeqq.* Dauid redit ad paſcua, *num.* 57.

A. m. 2970. Saulis morbus agnoſcitur, *num.* 1. accerſitur Pſaltes Dauid, *n.* 6. & 12. qua Dauidis ætate, *nu.* 8. remittitur mox ad Iſai, *num.* 17.

*Goliath.*

An. m. 2971. Dauid ſingulari certamine Goliathum proſternit, *n.* 45. atque obtruncat, *num.* 48. caput defert in Ieruſalem, *nu.* 51. Amicitia Ionathæ cum Dauide coaleſcit, *nu.* 54. *& ſeqq.* Mulierum cantica Sauli ingrata, *num.* 62. Redit ad inſaniam Saul, *num.* 69.

*Saul Dauidem perſequitur.*

Lanceam

Lanceam torquet in Dauidem, *nu*.71. ſecundo, *n*.72. & 73.

A.m.2972. *nu*.2. & 3. conatur Dauidem perdere Philiſthæorum manu *n*. 4. & ideo Tribunum creat, *n*.5. eique ſpondet Meroben filiam, *n*.7. & mox Micholem, *n*.12. & 22. vtramque non ſyncerè, *ibid*.

A.m.2973. Saul mandat ſuis cædem Dauidis, *n*. 2. res ei à Ionatha patefit, *n*. 4. qui patrem illi placat, *nu*. 7. & 8. Nouum bellum exoritur, per ſe ſuoſq; cum Philiſthæis, *num*.9. id feliciter à Dauide conficitur, *nu*.11. Dauid fugit torquente in eum lanceam Saule, *nu*. 14. Domi obſidetur, *n*.16. elabitur, *nu*. 21. opera & fraude Micholis, filiæ Saulis vxoris ſuæ, *num*.22. Dauid adit Samuelem, *nu*. 28. Lictores & Saul prophetant, *n*.33. & 35. Interim Dauid fugit è Naioth, *nu*.41. Rurſum à Ionatha reconciliatur Sauli, *n*. 44. Qui mox ad ingenium redit, *nu*. 45. & conſpirat in Dauidem, *num*.46. Dauid apud Ionatham de patre ipſius queritur, *num*.49. & reſponſum expectans in agro latet, *n*.51. *& ſeqq*. Iterum fœdus init cum Ionatha, *n*.63. quem iratus Saul contumelioſè appellat, *n*.79. Iactu ſagittarũ Ionathas monet Dauidẽ, & dimittit, *num*.85. *& ſeqq*. vtriuſque luctus, *ibid*.

Da-

*Dauidis fuga multiplex.*

Dauid adit Nobem. *num.* 91. fugam ſuam apud Pontificem diſſimulat, *nu.* 99. ab eo viaticum petit, *n.* 100. & accipit, *num.* 106. Abit à Nobe, & venit ad Achis, *n.* 112. apud eum timet, & furorem ſimulat, *n.* 119. fugit in ſpeluncam Odollam, *nu.* 126. ad eum illuc multi confluunt, *n.* 127. *& ſeqq.*

*Doëg.*

A.m. 2974. Dauid trāſit ad Moabitas, cum parentibus, & ſocijs, *nu.* 2. Ibi augetur ſocijs, *n.* 6. monetur diuinitus de migratione, & reditu in terram Iſrael, *n.* 10. venit in ſaltum Hareth, *n.* 13. innoteſcit Sauli, *n.* 14. qui de ſuis conqueritur, *num.* 15. *& ſeqq.* Doeg defert Pontificem Achimelech ad regem, *n.* 23. à quo ille euocatur cum ſuis, *n.* 26. à Doego trucidantur omnes, *n.* 33. ſecuta eſt clades vrbis Nobe, per ſummam Saulis crudelitatem, *n.* 35. Elapſus Abiathar filius Pontificis ad Dauidem fugit, *n.* 38. Qui adit Ceilam, & vincit Philiſthæos, *nu.* 43. ſtatimq; ab ea vrbe, Deo monente fugit, *n.* 56.

*Abiathar Pont.*

A.m. 2975. Abiathar fit Pontifex, *n.* 1. nec tamen ſimul cum Sadoc, *n.* 2. *& ſeqq.* Dauid apud Ziphæos moratur, *n.* 7. quem Saul perſequi non ceſſat, *nu.* 8. Eum Ionathas iterum confirmat, *n.* 12. *& ſeqq.* magnum Dauid à Saule periculum adit, *n.* 22. quod euadit, *n.* 23. *& ſeqq.*

A. m.

An.m.2976. Dauid abſconditur in deſerto Engaddi, *n.*3. eum adit Saul, *n.* 6. eius ſpeluncam ſubit, *num.* 9. Dauid oram chlamidis Saulis præcidit, *n.*15. ſequitur Dauidis apud Saulem de ipſo querela, *nu.*21. *& ſeqq.* & redintegrata inter ipſos amicitia, *n.*34.

A.m.2977. Mors Samuelis incidit in hunc annum, biennio ante Saulem, *n.*1.2. Nuncij Dauidis ad Nabalem in Carmelum veniunt, *n.*20. *& ſeqq.* Nabalis moroſa ruſticitas, *nu.*26.27. &c. Dauidis in illum ira. *num.*28. &c. qui mox placatur ab Abigail, *n.*27. *& ſeqq.* ad 44. Morte Nabalis, mox ſecuta intra decem dies, *num.*46. Abigail nubit Dauidi, *n.*48. *& ſeqq.* *Mors Samuelis. Nabal.*

A.m.2978. Saul redit ad ingenium, inſtigantibus Ziphæis, *n.* 2. 3. Dauid tentorium regis dormientis adit, *n.* 5. &c. & prohibet ſuis eius cædem, *n.*10. & abit cum eius haſta & ſcypho, *n.*14. Excitat Saulem, *num.*20. & apud eum queritur, *n.*21. cum dolore tactus Saul, culpam ſuam fatetur, *n.*25. & abeunti Dauidi bene precatur, *n.*29.

A.m.2979. Dauid adit Philiſthæos, id eſt, Achis regem Gethæum, *num.* 5.6. &c. qui dat ipſi Siceleg, *n.*10. vnde prædas agit, *n.* 14. Saul vexat Gabaonitas, *n.*23. *& ſeqq.* Philiſthæi bellum mo- *Dauid apud Achis.*

mouent in Iſraelitas, *n.* 27. &c. Achis Dauidem vult habere belli ſocium, *n.* 29. *& ſeqq.* Dauid defenditur contra Caiet. *num.* 31. &c. Res geſta in hoc bello per dies ſingulos, *nu.* 38. *& ſeqq.* & 41. Dauid dimittitur à Philiſthæis, *num.* 44. *& ſeqq.* vſque ad 53. Saul bello vrgente expaueſcit, *numero* 54. fruſtra recurrit ad Deum, *num.* 55. Amalecitæ vaſtant Siceleg, *nu.* 58. Saul deſperato, diuino reſponſo adit Pythoniſſam, *nu.* 65. 70. 71. curat Samuelem excitari, *n.* 74. docetur fuiſſe vere excitatam eius animam, *n.* 76. *& ſeqq.* Agnoſcitur à muliere, *n.* 86. & à Saule, *n.* 88. ſequitur vtriuſque colloquium, *num.* 89. 90. &c. Saul redit in caſtra nocte, 97. & 98.

*Suſcitatur Samuel.*

Dauid redit in Siceleg, & quæ ibi mox geſſerit in Amalecitas, *nu.* 100. *& ſeqq.* eos delet, *n.* 112. Philiſthæorum de Hebræis victoria, *n.* 114. 115. mors filiorum Saulis, *n.* 115. 116. & ipſius Saulis, *n.* 118. *& ſeqq.* An perierit, *n.* 124. ita videri, *n.* 125. ad 134. Ionathæ mors, & probabilis ſalus, *n.* 135. Dauidis ſpolia de Amalecitis, 136. &c. fuſe: ea cum ſuis partitur, *num.* 141. & infra, *num.* 152. *& ſeqq.* Philiſthæi ſpoliant Hebræos in Gelboë, *nu.* 143. caput Saulis circunferunt, &c. 144. Nuncius adit

*Mors Saulis & Ionathæ.*

Da-

Dauidem è prælio, 150. Iabelitarum charitas in Saulem, *n.* 158. eius epitaphium, *n.* 164. & Ionathæ, 165.

A. m. 2979. Initium regni Dauidis & Isboſethi, *nu.* 167. Nuncius cladis peruenit ad Dauidem, *n.* 170. *& ſeqq.* qui nuncium iubet interfici, *num.* 177. planctus Dauidis, 182. Miphiboſeth quinquennis claudus efficitur, 191. Dauid abit in Hebron, *n.* 192. &c. ibi fit Rex ſuper Iudam, *n.* 195. ad 200. Mittit legationem ad Iabeſitas, 201. Abner dat initium ſchiſmati, 203. facto rege Isboſetho, 206. annis 7. cum dimidio regnauit, *n.* 208. & 209. *Regnum Dauidis & Isboſethi.* *Abner.*

A. m. 2980. Dauid ordinat militiam ſuam, *n.* 2. diuiditque in 12. turmas, *n.* 3. *& ſeqq.* in menſes ſingulos, *ibid.* Alij regij præfecti, *n.* 14. & 15. conſiliarij Dauidis, *n.* 16. &c. *Militia Dauidis.*

A. m. 2981. Familia Dauidis, filij & vxores, *n.* 1. *& ſeqq.* præſertim, *n.* 12. & ſcholio 2. vide etiam an. 2983. *n.* 7. *& familia.*

An. m. 2982. Bellum ciuile inchoatur ab Abnere more gladiatorio, *n.* 1. 6. 7. 8. reliqui exercitus pugnam ineunt, *n.* 10. Abner Azaëlem inuitus occidit, *n.* 12. 13. Finem prælij petit, & impetrat, *n.* 15. &c.

A. m. 2985 Abner iratus Isboſetho ſatagit totum regnũ ad Dauidẽ tranſ-

ferre.

ferre, *nu* 3. *& ſeqq.* ad eum venit ſpecie Micholis deducendæ, *n.* 16. Res turbatur à Ioab, timente, ne is fiat princeps militiæ, *n.* 19. Ioab increpito rege, eius nomine Abnerem reuocatum interficit, *nu.* 25. Dauid profitetur dolorem ſuum, ſuper ea cæde, *num.* 27. &c. nec tunc vlciſci poteſt, *n.* 35. ſed differt vltionem, 36. Codrus pro patria ſe morti tradit, *ibid.*

*Abneris cædes.*

*Codrus.*

*Isboſethi cædes.*

A. m. 2986. Isboſethus à duobus ſicarijs confoditur, & obtruncatur, *n* 11. vt Dauidi gratificentur, *n.* 8. iuſſu Dauidis præciſis manibus ac pedibus; aguntur in crucem, *n.* 15. totus populus ſe Dauidi dedit, *nu* 17. *& ſeqq.* & *n.* 30. &c. fœdus initur coram Domino, *n.* 33. Dauid tertio inungitur, *nu.* 34. & muneribus honoratur, 35.

*Dauid tertium vngitur.*

A. m. 2987. Dauid ambit Ieruſalem in regni ſedem, *n.* 3. Sionis arcem obſidet, *n.* 8. quæ occupatur à Ioab, *n.* 11. fit ciuitas Dauid, *num.* 17. ibique regiam conſtruit, 17. & 19.

*Occupat Sionem.*

A. m. 2988. Philiſthæi in Dauidem inſurgunt, *nu.* 1. qui hoc tempore Pſalmum 2. componit, *num.* 3. & conſulto Domino, *nu.* 9. hoſtis diuinitus terretur, & vincitur, *n.* 10. & 11. repetit certamen *n.* 14. quis victoriæ & rei geſtæ modus, *num.* 17. *& ſeqq.* Dauid aquam de-

deſiderat de ciſterna Bethlehem, *n.*32. eam attulerunt tres fortes primæ triadis. *nu.*35. eam offert Dauid Domino, 36. & ſub hoc tempus ægrotat, *numero* 38.

An. m. 2989. Dauid augetur vxoribus & filijs, *n.*1. *& ſeqq.* Arcam Domini transfert in Sion, *nu.*8. 9. &c. ex domo Abinadab, *n.*16. plauſtro male imponitur, *n.*17. periclitatur Arca, 21. Oſa eam ſuſtentans occiditur, *n.* 22. *& ſeq.* Dauid contriſtatur, nec audet Arcam ad ſe adducere, 29. Delata ad Obededom illi copioſe benedicit, *numero* 30. &c. *Arca in Sionem transfertur.*

A. m. 2990. Dercylus 40. regni anno moritur, *n.*1. Arca defertur in Sion, manente tabernaculo in Gabaon, *n.*3. non collocatur intra regis palatium, *n.*6. & 7. portata videtur à Sacerdotibus, *n.*11 & 12. qua pompa, *n.*19. *& ſeq.* Dauid ad Arcam ſaltat, cum Micholis contemptu, 27. domum redit, rixaturque Michol, nec impunè, *nu.* 36. & 39. *& ſeqq.* Dauid de conſtruendo templo deliberat, *n.* 45. Deus renuit, *n.* 53. & quare, *nu.* 57. Promittit ei regiæ familiæ perennitatem, *n.* 61. & templi à Salomone ædificationem, *nu.* 62. 64. Dauid gratias agit Deo, *n.* 65 &c. Datur ei idea tẽpli diuinitus, *n.* 76. & 77. *Tabernaculum in Gabaon.*

An. m.

A.m. 2991. Eupales ſuccedit Imperio Aſſyriorum ad annos 38.*n.*1. ex Africano 35. Euſebio 31.*ibidem.* Nouum Dauidis bellum in Philiſthæos, *nu.*2. quæ eius cauſæ, 3. 4. Philiſthæi victi, fiunt tributarij, *n.*6.& 7.

*Varia Dauidis bella.*

A.m. 2992. Dauid bellum gerit cõtra Moabitas, *nu.* 2. eoſque ſibi reddit tributarios, *n.*4. Banaias duos ibi viros quaſi leones vicit, *n.*8. & 9.

An. m. 2993. Pugnat Dauid contra Syrios, *n.*1. Qui Moabitis & Ammonitis auxilio fuerant, *n.*4. Altera eiuſdẽ pugna contra Damaſcenos, *n.*8. 9. Dauidis felicitas, *num.*13. Regis Thoü ad eum legatio, & munera, 14. & 15. Dauid ſcribit Pſalmum 59.*n.*16.

A.m. 2994. Dauidis bellum contra Idumæos, eiuſque cauſa dubia, *nu.*1.& 2.& victoria cæſis 18.millibus, *n.* 6.& 7. Idumæi acceptum Iudæorum præſidium delent, *num.*8. Ioab in Idumæa cædibus ſex menſibus graſſatur, *num.* 9. Adad Idumæus fugit in Ægyptum. *num.*17.

An.mun. 2995. Dauid inquirit de poſteris Ionathæ, *num.*10. euocat Miphiboſethum timentem, *num.* 13. Dauid ei reſtituit bona Saulis, *n.*15.16.& viuit Hieroſolymis apud regem, *n.* 21. eius filius Micha, *n.*22. Naas Ammonita

nita moritur, *n.* 23. eius cum Dauide amicitia, *ibid.*

An. mun. 2996. Dauid mittit conſolatores ad Hanon Ammonitam, *n.* 4. qui ab eo indigne accipiuntur, *n.* 7. 9. Ammonitæ bellum parant, *n.* 10. 11. &c. Dauid Ioabum in eos mittit, *n.* 14. à quo tam Syri, quam Ammonitæ vincuntur, 17. 18. *Bellũ contra Ammonitas & Syros.*

A. m. 2997. Redintegratur idẽ bellum autore Adarezer, *n.* 2. 3. vincuntur egregiè, *num.* 6. & ſeruiunt Dauidi, 8.

An. m. 2998. Ioab oppugnat Rabba vrbem Ammonitarum, *n.* 3. Dauid peccat cum Bethſabæa, *n.* 9. ſatagit celare crimen, *n.* 11. 12. *& ſeqq.* ideoque accerſit Vriam, & curat vt adeat vxorem, ſed fruſtra, *n.* 13. *& ſeqq.* eum remittit in aciem interficiendum, *n.* 19. *& ſeqq.* Mors Dauidi nunciatur, *nu.* 24. ducit illico Bethſabæam, *n.* 29. *Bethſabæa.*

A. m. 2999. Bethſabæa parit, *n.* 1. Nathan à Deo mittitur ad Dauidem obiurgandũ, *n.* 1. *& ſeq.* culpam agnoſcit, *n.* 13. veniam obtinet, *n.* 14. 15. &c. moritur infans, 19. Dauid Bethſabæam conſolatur, & promittit regnum filio ex ea naſcituro, *num.* 23. Morbus Dauidis, *num.* 26. Ioab regem euocat, ad laudem expugnatæ Rabbæ, *nu.* 32.

expugnatur ac diripitur, *nu.*33. Dauid coronam idoli Melchon capit, 34. At Dauid in hac victoria crudelis, *numero* 37.

An. m. 3000. Aduerſæ res Dauidis, *n.*1. Naſcitur Salomon, *n.*2.3.&c. Ammon filius Dauid vim affert Thamari ſorori, *nu.*14. moxque illam eijcit, *nu.* 17. propalatur flagitium, *n,*18. innoteſcit Abſaloni, *n.*20. non punitur à Dauide, *n.*22.23.&c.

*Ortus Salomonis.*

An. m. 3002. Abſalon Ammonem fratrem interficit in conuiuio, & mox fugit ad Auum, *nu.*11. Dauid luget, 13. Salomon ablactatur, *n.*14.

*Abſalon fratrem interficit.*

A. m. 3005. Abſalon Dauidi reconciliatur operâ Ioabi, *n.*4. *& ſeqq.* Arcetur tamen à patris conſpectu, *n.*20. Salomonis educatio puerilis, *n.*23 & an. 3006. *n.*2.3. Salomonis præceptor Nathan Propheta, *n.*8.

A.m. 3007. Abſalonis cæſaries ducẽtis ſiclis, id eſt, 90. circiter aureis æſtimata, *n.*8. eius filij & filiæ; *n.*10. & 11. Satagit apud Ioab pro viſione patris, *nu.*11. quam denique obtinet, *nu.*14.& 15. Epheſus condita, *nu.*16. eius templi antiquitas, *ibid.*

Epheſus.

A.m. 3008. Abſalon inſurgit in patrem Dauidem, *n.*1. eius adiutor Achitofel propter Bethſabæam neptem, *num.*

*Abſalon inſurgit in patrẽ.*

*num.*4. Ab eo totus rei apparatus, *n.* 5. *& ſeqq.*

A.m.3009. Dauid per filij tyrannidem regno deturbatur, *n.*1. anno à prima Dauidis inunctione quadrageſimo, *n.*4. vide an. m. 3969. Abſalon votum ſimulat in Hebron, *n.* 5. Abſalon fit Rex, & inungitur, *n.* 9. & Hieroſolymam infeſtus venit, 10. Dauid fugit, *n.*14.17. Pontifex cum Arca & Leuitis Dauidem ſequitur, *nu.* 23. quos ille remittit, *nu.* 24. *& ſeqq.* Cuſai remittitur in vrbem, ad diſſipanda conſilia Achitophelis, *n.* 33. 34. Abſalon ingreditur Ieruſalem, *n.* 36. Siba herum calumniatur apud Dauidem, nimis tum credulum, *n.* 37. &c. Semei maledicit Dauidi, *num.* 44. *& ſeqq.* Cuſai adit Abſalonem, *nu* 59. Achitofel dat ei conſilium ſceleratiſſimum de concubinis patris violandis, *nu.* 61. & alterum de ſtatim perſequendo Dauide, *n.* 65. diſſipatur à Chuſai, *n.* 67. *& ſeqq.* qui curat moneri Dauidem, 71. 72. Dauid abit trans Iordanem, 75. Achitofel laqueo ſibi vitam rapit, 78. &c.

*Regnat & Dauid fugit.*

*Achitofel.*

Abſalon tranſit Iordanem, & creat Amaſam militiæ Principem, *num.* 81 Paratur vtrimque prælium, *n.* 85. Iubet Dauid ſibi ſeruari Abſalonem, *n.* 89. &c. Is adhæret quercui, 96. à

*Abſalon occiditur.* Ioabo tribus lanceis confoditur, *num* 101. in foueum proiectus lapidibu obruitur, *n.*102.*& ſeqq.* mors nuncia tur Dauidi, *nu.*117. quam valde luget 118.&c. Reuocatur à luctu à Ioab, *nu* 123.124. Apparatur reſtitutio Dauidi in regnum, *n.*127.*& ſeqq.* qui abdican Ioabum fruſtra cupit ſuffecto illi A maſa, 133.*& ſeqq.*

*Dauid reſtituitur in regnũ.* A.m.3010, Reſtituitur Dauid in re gnum, *n.*1.&c. cui occurrunt Semei & Siba, *nu.*7.8.&c.& Miphiboſeth, *n.*16 21.*& ſeqq.* Dauid in eum iniuſtus fui *num* 24.26. Dauid dimittit Berzellai 30. Seba fit dux nouæ in Dauidem cô iurationis, *num.*38.&c. Dauid autem Hieruſalem venit, *nu.* 40. vbi concu binas ſegregat, & concludit, *n.*41. Ioab occidit Amaſam, *n.*45.&c. & recupera militiæ principatum, *nu.* 48. 52.& 60 Seba obſeſſus occiditur, *num.*56.& 59 ſicque finitur coniuratio Iſraelitarum

A.m. 3011, Ionica emigratio conti git anno ab exciſa Troia 140. *num.*1 abundante multitudine, *n.*2. Primu annus famis ſub Dauide, *n.*6. ſecundu & tertius, an. 3012, & 3013, immiſſ fuit diuinitus ob afflictos Gabaonitas *num.*3.4.&c. Iniuria in Gabaonitas Dauide expiatur, *num.* 8. & 11. mort ſeptem filiorum Saulis, qui aguntu crucem, *n.*15.

A.m.

A. m. 3014, Contigiſſe videntur 4. prælia Dauidis contra Philiſthæos, primũ *n.* 2. vbi Dauid periculũ adijt, *n.* 3. ſecundum geſtum in Gob, *nu.* 6. tertium, *num.* 8. in quo eluxit Adeodatus, *numero* 10. quartum in Geth, *n.* 12.

An. m. 3016, Explicatur catalogus fortium Dauidis, *nu.* 6. *& ſeq.* quæ eſſet prior trias eorum, *n.* 11. poſterior quibus ſtaret, 17. Triginta fortes Dauidis, *n.* 25. *& ſeqq.* Quibus adduntur ſeptem, *n.* 37. Alia appendix fortium, *nu.* 38. &c. Superbia fuit cauſa numerati populi iuſſu Dauidis, *n.* 41. & 45. *Fortes Dauidis.*

A. m. 3017, Pergit Ioab cenſere populum, *num.* 1. 2. &c. Dauid agnoſcit in eo facto culpam ſuam, *n.* 8. datur illi optio pœnæ, *num.* 10. punitur peſte, *n.* 15. ad triduum, *nu.* 17. ordo rei geſtæ, *n.* 24. peſtis ceſſat, *n.* 30. Excitatur ara in area Ornani, *num.* 31. ſacrificio placatur Deus, *n.* 37. eo cœlitus accenſo, *ibid.* Dauid templi materiam parat, *nu.* 41. & an. m. 3018, *n.* 3. & 4. & a. m. 3022, *n.* 133. *Cenſus populi Dauidis.*

A. m. 3018, Salomon ducit vxorem Ammonitidem, *num.* 1. ex qua ſequenti anno ſuſcipit Roboamum, vltimo Dauidis a. m. 3019, *n.* 1. Dauidis infirmitas, *n.* 2. Ei data virgo Abiſag, quæ & vxor fuit, *n.* 7. 8. Adonias inſoleſcit, *Ortus Roboami.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& regnum ambit, *n.* 9. &c. nec corrigitur à patre, *n.* 13.

Regnum Salomonis. Adonias. A. m. 3020, Incipit regnare Salomon viuo Dauide, *nu.* 3. 4. *& ſeqq.* anno ætatis 21. *n.* 7. non duodecimo, *ibid.* fuſi Adonias regnum inuadere conatu multis fautoribus, *n.* 13. item *nu.* 16. *ſeqq.* Salomonis fautores, *n.* 15. Nathan res Adoniæ diſturbat, *n.* 19. *& ſeqq.* Dauid regem conſtituit Salomonem, 30. qui à Propheta Nathan inungitur *n.* 34. & 38. ſedet in throno regio, *n.* quem ibi Dauid ſalutat ac benedicit *num.* 47. Res innoteſcit Adoniæ, *num.* 48. veniam obtinet à Salomone, *n.* comitia indicuntur, ad ſtabiliendum regnum Salomonis, 54.

A. m. 3021, Comitia regni celebrantur, *num.* 1. *& ſeqq.* in ijs agit Dauid de templo ædificando, *n.* 11. de diſtributione Sacerdotum & Leuitarum, *num.* 13. *& ſeqq.* eorum claſſes 24. *num.* & 24. cantorum vices, *num.* 24. Dauid præeſt comitijs, *n.* 48. docet diuinam Salomonis electionem, *num.* 50. quem animat ad templi conſtructionem, 57. Templi deſcriptio data fuit Dauidi diuinitus, *n.* 56. Dauid ſuo exemplo excitat ſuos ad largitionem pro templo, 59. 60. eorum egregia liberalitas 61, &c. Sadoc vngitur in Pontificem

Sadoc. Pont.

*num*

*num.* 71. Abiathar de gradu deijcitur, *nu.* 74. Salomon ſecundò conſecratur, *n.* 75. *& ſeqq.* Dauidis teſtamentum, *n.* 80. *& ſeqq.* mandat Ioabi cædem, *nu.* 82. &c. & Semei, *n.* 86. 87. Mors Dauidis, & commendatio, *num.* 88. *& ſeqq.* fuſe. Eius cum Chriſto parallelus, *n.* 92. ad 107. de eius ſepulchro improbabilia narrat Ioſephus, *n.* 109. ad 116.

*Dauidis teſtamentum & mors.*

A. m. 3022. Noua Adoniæ coniuratio, & petitio coniugij Abiſag interuentu Bethſabee, *n.* 5. &c. repellitur à Salomone, & iubetur interfici, *n.* 10. 11. &c.

*Adonia & Ioab mors.*

Abiathar Pontifex à Salomone eijcitur Hieroſolymis, 14. 15. &c. Ioab fugit in tabernaculum, *n.* 18. ibiq; occiditur, *num.* 22. Sententia Salomonis contra Semei, *n.* 25. petit à Deo ſapientiam in excelſo Gabaon, *n.* 30. *& ſeqq.* fuſe. Dominus apparet Salomoni, *nu.* 43. &c. Dei in ipſum liberalitas, *n.* 47. 48. &c. quam ſapientiam poſtularit, *n.* 54. & quantam receperit, *n.* 59. 60. etiam ex comparatione, *Ibid.* particulares facultates, & ſcientias infuſas accepit, *num.* 63. *& ſeqq.* fuſe. Salomonis Iudicium de duabus mulieribus, *nu.* 104. &c. Eiuſdem nuptiæ cum filia Pharaonis, *n.* 116. Hirami cũ Salomone communicatio, *n.* 134. &c. quis fuerit iſte Hiram, *nu.* 141

*Salomonis ſapientia.*

*Hiram.*

*Templi fundatio.* A. m. 3023, Hoc anno, qui eſt 480. à exitu de Ægypto, iacta ſunt à Salomo ne templi fundamenta, *num.* 1. *& ſeq.* fundatum eſt ſecundo menſe anni ſa cri currentis, *num.* 10. in monte Mori *nu.* 11. 12. 18. euiuſmodi fuerint templ fundamenta, *n.* 19. 20. &c. vſque ad

*Ophir & Tharſis.* 35. Nauigatio in Ophir, & Tharſis in ſtituitur, ac paratur hoc tempore, *n.* 40. Sumatra & Taprobana, eaden cum Ophir, *n.* 42. Quæ nauigatio i Tharſis, *n.* 43.

*Templi partes.* An. m. 3024, Ædificatur Templum totumque ſimul vbique promouetu *n.* 10. peribolus, *num.* 2. Templi veſti bulum, *num.* 6. 7. pars Templi quæ di citur Sancta, & Hecal, 11. Tertia par quæ Sanctum Sanctorum, & Dabir di citur, *n.* 21. *& ſeqq.* Secunda templi cõ tignatio, *nu.* 26. &c. Tertia contigna tio, eiuſque altitudo, *n.* 30. *& ſeqq.* Or natus parietum, & pauimenti, *nu.* 35 40. 42. & rurſum 60. Ornatus item O

*Cherubini.* raculi, 45. *& ſeqq.* fuſe, Palmæ & Che rubini oraculi, *num.* 49. 50. 51. Quæ forma Cherubinorum, & actio, *num.* 52. 53. Ornatus teſtitudinis tam ora culi, *nu.* 58. quam aulæ ſanctæ, *num.* 59. de duabus columnis primarijs in ve ſtibulo poſitis, totoq; earum ornatu, magnitudine, &c. *n.* 65. *& ſeqq.* Exter-

na or-

na ornamenta portarum, feneſtarum, columnarum, *num.* 76.&c. Tectum templi, eiuſque ornatus, *nu.* 81.82.

De ſuppellectili domus, & primum de Arca, in qua tantum erāt duæ legis tabulæ, *nu.* 86. *& ſeqq.* Altare Thymiamatis, 91. an idem cum Moſaico, *num.* 93. quæ eius forma, *num.* 94. *& ſeqq.* Menſa propoſitionis, *num.* 96. menſæ intermiſtæ candelabris aureis, 99. & 100. alia templi vaſa, *n.* 101.102. *Templi ſupellex.*

An. mun. 3025, Semei vrbe exit ad repetendos fugitiuos, *num.* 2. 3. eum Salomon iubet interfici, *n.* 5. Dei nuncius ad Salomonem ædificantem templum, *nu.* 6.7. Exteriora templi breuiter explicantur, à *num.* 8. ad 75. puta atria, porticus, exedræ, altare holocauſtorum, *nu.* 47. mare æneum, 65. lutheres, ſiue conchæ, *num.* 70. *Mors Semei.*

An. m. 3028, Eupales an. 38. Imperij ſui moritur.

A. m. 3029, ei ſuccedit Laoſthenes, ad annos 45.

A. m. 3030, Abſoluitur conſtructio templi Hieroſolymitani, quæ tenuit 7. annos cum dimidio, *n.* 1. transferuntur vaſa ſacra Hieroſolymam, 2.3. &c. Dedicatio inchoata eſt die octauo ſeptimi menſis, *num.* 7.8. cogitur populus ad Arcæ translationem, *n.* 10. quæ *Dedicatio Templi.*

cum pompa transfertur, *nu.* 11. 12. &c. fuſe. Arca in oraculo deponitur, *n.* 21. candelabra & menſæ in Sancto, & altare in atrio, *n.* 24. Salomonis oratio in dedicatione, & quæ ab eo geſta, *nu.* 28. *& ſeqq.* fuſe. multitudo ſacrificiorum, *n.* 38. *& ſeqq.* Dies collectæ, & quæ illius ratio, *n.* 40. & 41. Sacerdotum & Leuitarum vices ad vſum redactæ, *nu.* 42. Sacrificia quædam à Salomone fundata, *n.* 43.

*Collecta dies.*

*Regia Salomonis.* Regia Salomonis inchoatur, *num.* 44. an triplex fuerit, *n.* 47. & vbi ſita, *n.* 50. Domus ſaltus Libani, *ibid.* & *nu.* 52. conſtruitur annis tredecim. A. m. 3031, *& ſeq. n.* 1. &c. Ædificatio Mello, *num.* 3. 4. &c. annus Sabbaticus 64. *n.* 6.

*Reditus eiuſdem.* An. m. 3033. Materia & ornamenta ædium regiarum, *n.* 2. *& ſeqq.* Scuta aurea, *nu.* 8. 9. 10. Solium Salomonis, *num.* 11. 12. &c. fuſe. Nauigatio eius in Tharſis, & Ophir, *n.* 17. 18. pondus auri annui Salomonis, 19. Alij reditus, 20. 21. eiuſdem gloria, *num.* 23. *& ſeqq.* multas ducit vxores, *n.* 27.

*Homerus.* A. m. 3039. Naſcitur Homerus ex ſententia Herodoti, *nu.* 1. &c. eiuſdem patria ſeptuplex traditur, *n.* 6.

A. m. 3042. Dominus apparet ſecundò Salomoni *n.* 1. & eiuſdem oraculi

culi capita, *n.* 4. Migratio filiæ Pharaonis, *num.* 5. & 6.

A. m. 3043, Abſolutis Salomonis ædificijs, datur Hiramo vſusfructus 20. ciuitatum, *num.* 5. de quibus is queſtus eſt, *n.* 6. & 7. Salomon excitat muros Ieruſalem, *n.* 9. *& ſeqq.* Ieroboam in familiam Salomonis adſciſcitur, *n.* 16. Salomon viarum curam gerit; & vrbis, *nu.* 17. 18.

A. m. 3044, Varia oppida vel extruit, vel inſtaurat, *n.* 1. 2. 3. 6. & *n.* 14. 15. 16. &c. Azor, Maggeddo, Gazer, Bethoron, &c. Expeditio Salomonis in Emath, *n.* 4. Eiuſdem currus, *nu.* 7. & equites, *nu.* 8. 9. 10. &c. Proficiſcitur Salomon in Aſiongaber, *num.* 20. *& ſeq.* videtur adijſſe Ægyptum, *nu.* 24.

An. m. 3047, Regina Saba venit ad Salomonem, *nu.* 1. in Arabia felice regnauit, *n.* 11. eius regni diuitiæ, atque felicitas, ex Diodoro Siculo, *num.* 3. *& ſeq.* Quæ viæ cauſæ, & quis apparatus, *n.* 19. *& ſeq.* Videtur ad veri Dei cultum conuerſa, *n.* 25. non videtur filiũ ex Salomone ſuſcepiſſe, *numero* 37. Salomonis quanta in Reginam magnificentia, *nu.* 38. 39. *Regina Saba.*

An. m. 3048, initium ruinæ Salomonis, *n.* 1. ſuperbia, libido, ex qua cultus *Salomonis ſtultitia.*

idolorum, *nu.* 2. 3. vxorum eius multitudo, & differentia, *n.* 8. & 11.

A. m. 3050, Salomon opes in mulieres profundit, *n.* 1. &c.

A. m. 3052, Incipit vexare populum tributis, *n.* 1. &c.

*& Idololatria.* A. m. 3054. Impia & nefaria vita Salomonis, *nu.* 1. eius lapſus in Idololatriam, *nu.* 3. eius ſenectus ob intemperantiam accelerata, *n.* 7. An idola animo coluerit, *nu.* 8. *& ſeqq.* ita videri, *n.* 11. *& ſeqq.* templa ijs ædificauit, *nu.* 13. 16. 17. &c. Magiæ diabolicæ deditus, *n.* 22. *& ſeqq.* & *nu.* 25 maleficijs implicitus, *ibidem.* Deplorandus Salomonis ſtatus, *n.* 26. *& ſeqq.*

*Tres eius aduerſarij.* A. m. 3057, Dei apparitiones Salomoni factæ, *num.* 2. à Deo reprehenditur, *nu.* 4. *& ſeqq.* per Ahiam Prophetam, *num.* 7. Deus ſuſcitat Salomoni hoſtes, Adad Idumæum, *n.* 13. & Razonem Syrum, *num.* 18. & Ieroboamũ, *n.* 21. Occurſus Ahiæ Prophetæ & Ieroboami, *nu.* 26. Propheta pallium ſuum in decem partes diſcindit, *n.* 27. Ieroboam fugit in Ægyptum, *n.* 37. & 41.

*Pœnitẽtia eiuſdem.* An. m. 3058, De ſalute Salomonis plerique ſcriptores ambigunt, *nu.* 3. 4. 5. plerique perijſſe putant, *num.* 6. quæ pro eius impœnitentia faciant, *numero* 8. & 9. multi pœnitentiæ illius, &

ſalu-

ſaluti ſubſcribunt, *num.* 10. 11. & *ſeqq.* quæ pro eius ſalute faciant, *nu.* 18. ad 25. diluuntur quæ contra faciunt, *nu.* 25. & *ſeqq.* videtur inchoaſſe pœnitentiam trigeſimo nono regni anno, *n.* 30. modus pœnitentiæ eius, *n.* 31. 34. 38. &c. tres libros conſcribit, *n.* 41.

A. m. 3059, Quadrageſimus & vltimus eſt regni Salomonis annus, vitæ ſexageſimus, *num.* 1. 2. ſibi ſepulchrum parat, *n.* 4. 5. moritur, *num.* 7. & 8. quæ forma corporis eius, *num.* 9. Eius cum Chriſto ſimilitudo, *nu.* 10. &c. Epitaphium eiuſdem, *n.* 23. *Mors Salomonis.*

A. m. 3060, Roboam regnare incipit, ad omnes 17. *nu.* 5. anno ætatis 41. *num.* 6. Achimaas filius Sadoci fit Pontifex, *n.* 6. ſuccedit patri, *nu.* 8. fuit gener Salomonis, *nu.* 7. Ieroboam redit ex Ægypto, *num.* 12. populi nomine petit imminutionem tributorum, *nu.* 13. & *ſeqq.* ſtulta Roboami reſponſio, *n.* 20. populus ab eo deficit, *num.* 22. &c. & Aduram eius quæſtorem lapidibus obruit, *n.* 26. *Roboam Rex. Achimaas Pont. Diuiſio regni.*

Ieroboam fit Rex, *n.* 30. Sedem locat in Sichem, *n.* 31. *Ieroboam regnat.*

An. m. 3061, Roboam bellum infert Ieroboamo, *n.* 2. ſed à Deo reuocatur, *num.* 3. Ieroboam timet defectionem ſuorum, *num.* 6. cui timori impiè pro-

*Inuehit idololatriã in regnum Iſraëlis.* uidet, inuecta idololatria, *n.* 11. vitulas aureas conflat, & conſecrat in Dan, & Bethel, *n.* 12. *& ſeq.* Ieroboam venit in Bethel, & nouos inſtituit Sacerdotes, *n.* 15. 16. Propheta eum arguente exaruit manus eius, *n.* 17. &c. Idem Propheta à leone occiditur, *n.* 39. eiuſdem ſalus, *n.* 41. Idololatria inualeſcit in regno Ieroboam, *n.* 42. &c.

An. m. 3062, Multi Iſraëlitæ deſerunt Ieroboam, *nu.* 1. &c.

*Roboã defecit ad Idola Seſac.* A. m 3063, Roboam deſerit cultum Dei, *numero* 1. cum populo ſuo, *nu.* 4. 5. eius affinitates & vxores, *numero* 6. 8. *& ſeqq.*

A. m. 3064, Seſaci regis Ægypti expeditio contra Roboamum, *n.* 2. 5. Roboami & Iudæorum ignauia, *nu.* 6. 7. &c. à Propheta arguuntur, *num.* 9. *& ſeqq.* Seſac deprædatur templum, *n.* 13. *& ſeqq.*

A. m. 3066, Roboamus redit ad ingenium, *nu.* 1. ſordes Idolorum reualeſcunt in Iuda, *n.* 2. 3. In Iſraële firmâtur, *nu.* 4. aliquot annis ſeqq. vterque rex inter ſe crebro pugnat, *num.* 1. & 2. anni 3067.

An. m. 3073, Annus Sabbaticus 70. *nu.* 1. Laoſthenes Aſſyrius moritur, anno regni 45. cui ſuccedit Pyritiades ordine 32. vel 37. a. m. 3074.

A. m.

An.m.3076, moritur Roboamus in impietate ſua, *num.*1.2.an. ætatis 57. vel 58.

An.m.3077. regnat filius Roboami Abiam, *nu.*2. bello Ieroboamum aggreditur, *n.*3. & vincit, *n.*11.12. *Mors Roboami.* *Abias.*

A.m.3078. vxores & filiæ Abiæ, *n.* 1 Ieroboamus in peccato perſeuerat, *n.*2. filius eius moritur, *n.*3. & 15. iuxta vaticinium Abiæ Prophetæ, *num.* 10. quanta Ieroboami malitia, *n.*11. & 12. & pœna, *n.*13.14.

An.m.3079, moritur Abia, *n.*2. cui ſuccedit Aſa filius, eodem anno, *nu.*5. vir religioſus ac pius, an.m.3080. *n.*3. Matrem & populum abducit ab idolis, *n.*5. & 6. anno Sabbatico 71. *n.*7. *Aſa regnum.*

An.m. 3081, moritur Ieroboamus percuſſus à Deo, *n.* 2. ei ſuccedit Nadab, *num.*4. Aſa delet idololatriam de regno ſuo, *n.*5. *Mors Ieroboami.* *Nadab.*

An.m. 3082, Aſa reparat ciuitates ſuas, *n.*1.2. Nadab occiditur à Baaſa, *n.* 3.4.5. eique ſuccedit, *ibid.* Nadab caret ſepultura, *n.*7. *Baaſa.*

A.m.3083. Baaſa delet familiam Ieroboami, *n.*2.3.4. ſectatur idola, *nu.*5.

An.m.3086, Aſa filium ſuſcipit Ioſaphatum, *n.*1. Iehu prophetæ vaticinium contra Baſam, *n.*2. & *ſeqq.* qui vatem interficit, *n.*5. non impunè, *n.*6. *Ortus Ioſaphat.*

An.m. 3090, exurgunt bella inter Aſam & Baaſam, *n.*1.

An.m. 3094, Contigit bellum Aſæ contra Æthiopas, *n.*1. *& ſeqq.* Æthiopis maximæ copiæ, *n.*4. Aſa orat Dominum, *n.*5. & vincit Æthiopes, *n.*6. ſpoliatque, *num.*8. ei occurrit Azarias Propheta, *n.*9. *& ſeqq.* cuius vaticiniũ ad præſentem pertinet deſolationem, *n.*12.13. Aſa iterum idola perſequitur, *n.*15. & fœdus cum Deo renouat. *n.*20. *& ſeqq.*

A.m. 3095. Baaſa occupat Ramam, eamque communit, *n.*7. Aſa mittit legatos in Syriam, *num.*9. non recte, *nu.*10. Baaſan Syrus vexat, & cogit deſiſtere cœptis, *n.*11.12. Anani Propheta arguit Aſam, *nu.*13. à quo mittitur in carcerem, 17.

A.m 3100. Baaſa vexat Iudam, *n.*2.

A.m. 3103. Piritiades moritur, cui ſequenti anno ſuccedit Ophratæus ad annos viginti.

A.m. 3105. moritur Baaſa, *n.*1. ei ſuccedit Ela, *n.*3.

*Ela.* An.m. 3106. Ela filius Baaſæ occi-
*Zambri.* ditur à Zambri cum tota familia, *n.*2.
*Amri.* 3 quem mox Amri ad mortem compellit, *n.*5. & regnat pro eo, *nu.*7. non tamen pacifice, an. ſeq. *n.*2. Aſa regnat, dum 7. reges in Iſraële dominantur, *n.*3. vide & 3115. *n.*2.

A.m.

A.m.3110. Regnum Amri quietum, *n.*1. Emit montem Samariæ, quo regnum transferre cogitat, *n.* 2. cœpitque ibidem regnare an. 3112. *nu.*1. eius impietas, an. 3115. *n.*1.2.

A.m.3117. Amri moritur, *n.*1. ei ſuccedit filius Achab, *n.*2. qui ducit vxorem Iezabelem mulierem impiam, & crudelem, *n.* 3. **Achab. Iezabel.**

A.m.3118. Aſa podagra laborat, *n.*1. à Deo immiſſa propter Prophetam coniectum in vincula, *n.*2. &c. Achab autem in regnum ſuum inducit cultum Baal, an. ſeq. *n.* 3119.

An.m. 3120, moritur Aſa, & magnifice ſepelitur, *nu.* 1. 2. 3. de eo bene ſperandum, *n.*5. initium Ioſaphat huc pertinet, *n.*7.

A.m.3121. Ioſaphati annus primus, *n.*1. inſtauratur Ierichò, *nu.*5. ab Hiele cum morte filiorum, *n.*7. ***Ioſaphati regnum.***

An.m. 3122. Ioſaphat pie ac feliciter regnat, *n.*1.2. an excelſa ſuſtulerit, *num.*3.

A.m.3123. Ophratæus Aſſyrius moritur, *n.*1. Ioſaphat curat erudiri populum, *n.*1. quorum id ius eſſet, *n.*2. Suſcitat Dominus Eliam, *n.*5. & 6. *& ſeqq.* vbi de Elia pluribus, ex Ioanne Hieroſol. Patriarcha, ad *nu.*11. coluit Virginitatem, *numer.* 11. & 12. A Deo **Elias.**

ſiccita-

ſiccitatem petit, *n.* 13. & impetrat, regemque Achabum adit, *n.* 14. qui in illum non ſæuit, *n.* 16. Diuina in Eliam prouidentia, *n.* 17. *& ſeqq.* vt nutritus fuerit, *n.* 18. & 19.

A. m. 3124. Ophratæus Aſſyrius regnare cœpit, *n.* 1. Ioram filius Ioſaphati ducit Athaliam improbiſſimam fœminam, *nu.* 2. ſiccitas & fames ſæuit in regno Achabi; *nu.* 3. Elias contemplationi vacat, *n.* 5. & 6. dat initium Eremiticæ vitæ, *n.* 8. *& ſeqq.* filij Prophetarum eius diſcipuli, *n.* 10.

Achab quærit Eliam vbique gentium, *n.* 11. Ieſabel Prophetas interficit, *n.* 12. Elias mittitur in Sarephtam, *n.* 13. adit viduam pauperem, *nu.* 16. 17. multiplicat ei farinam & oleum, *n.* 18. & 19. filius viduæ moritur, *n.* 20. ſuſcitatur ab Elia, *n.* 22. interea Ioſaphat ædificat, *n.* 26.

*Ieſabel.*

An. m. 3126. Terminatur hoc anno ſiccitas, *n.* 1. Abdias Achabi diſpenſator nutrit Prophetas, *n.* 3. dimittitur à rege ad quærendum pabulum, *nu.* 4. occurrit Eliæ, *n.* 5. & Elias Achabo, *n.* 8. curat conuocari populum, *nu.* 9. cui offert probationem diuinitatis, *n.* 12. Pſeudoprophetæ non impetrant ignẽ à Baale, *n.* 16. Elias victoriam refert de idololatria, *n.* 20. & ſuppliciũ ſumit de

Pſeudo-

Pſeudóprophetis, *nu.* 21. orat pro pluuia, *n.* 23. eamque impetrat, *nu.* 24. Timet Iezabelem, & fugit, *n.* 25. &c.

A. m. 3127. Ioſaphati copiæ militares, *nu* 2. Achab non conuertitur poſt miraculum Eliæ, & cædem Pſeudoprophetarum, *n.* 3. Elias per deſertum vagatur, *nu.* 3. & mortem deſiderat, an iuſtè, &c. *num.* 6. *& ſeqq.* obdormiſcit, moxque excitatur ab Angelo, & reficitur, tum ad 40. dies ambulat per deſertum, *n.* 8. *& ſeqq.* diuinitus viſitatur in monte Horeb, *n.* 14 15. remittitur in terram Iſraël, *nu.* 17. ſed prius declarat Hazaëli, & Iehu ipſos reges fore, *num.* 20. in vltionẽ Iſraeliticæ idololatriæ, *ibid.* Elias inijcit pallium Eliſæo, eum ad Dei famulatum vocans, qui eum ſequitur, *nu.* 22. 24. & 25. Eliſæus ſuis valedicit, *n* 25. Elias colligit diſcipulos, *n.* 23. repetit Carmelum, eius loci opportunitates, *n.* 26. & 27. *Eliſæus.*

A. m. 3128. Ochoſias naſcitur, Iorami filius ex Athalia Ioſaphati nepos, *n.* 1. annus Sabbaticus 78. *ibid.* *Ochoſias.*

An. m. 3134. Syri contra Achabum bellum mouent, *nu.* 1. copiæ Benadad, *n.* 1. qui Samariam adit infeſtus. *nu.* 4. iniqua eius poſtulata, *n.* 4. *& ſeqq.* à rege & populo reijciuntur, *nu.* 10. Syrus obſidet Samariam, *n.* 13. Deus Achabo

vi-

victoriam pollicetur, *n.* 14. & tribuit, *n.* 17. & 18.

A. m. 3135. Syri victum regem ſuum conſolantur, *n.* 1. & ſuadent bellum in campeſtribus, *n.* 2. Deus promittit Achabo iterum victoriam, *nu.* 6. conceditque *nu.* 7. fugit rex cum ſuis, quorum 27. millia ruina murorum pereũt, *n.* 7. & 8, Syri ſupplices ad Achabum veniunt, *n.* 10. 11, & veniam obtinent, *n.* 12. 13. Propheta eum arguit datæ Benadabo vitæ, *n.* 21.

**Naboth.** An. m. 3137, Achab petit Nabothi vineã, *nu.* 2. 3. repulſam ægerrimè fert, *nu.* 4. ei Iezabel diram medicinam parat, *n.* 5. nam mandat hominem per calumniam interfici, *nu.* 8. damnatur & occiditur cum filijs, *nu.* 9. 10. Achabo adeunti hæreditatem Nabothi, occurrit Elias, *num.* 16. eique perniciem nunciat, *n.* 18. & in Ieſabelem, *n.* 19. & 20, & in totam eius familiam, *num.* 21. Pœnitentia eius pœna à Deo differtur, *n.* 22. *& ſeqq.*

An. m. 3138. Ioſaphat inuiſit Achabum, *nu.* 2. a quo benigne accipitur, *n.* 3. eumque ad Syriacam expeditionem inuitat, *num.* 5. victoriam promittunt Pſeudoprophetæ, *n.* 8. 11. Michæas cõtra cladem, *num.* 12. 13, quam Sedecias improbè percutit in faciem, *num.* 17.

Mi-

Michæas conijcitur in carcerem, *n.* 19. pugnatur contra Syros, Achab licet mutato habitu vulneratur, *n.* 21. 22. 23. exit è prælio & moritur, anno regni 22. *nu.* 24. Ioſaphat à Propheta arguitur, *n.* 33. Ochoſias filius Achabi regnare pergit, & 4. plagis afficitur, *n.* 34. prima paternæ mortis, *num.* 35. ſecunda Moabiticæ defectionis: tertia confractionis nauium, *num.* 36. cuius cladis Ioſophat fit particeps, *numer.* 36. & 37. quarta, Ochoſias cadit per cancellos, *numer.* 40. qui nuncios mittit ad conſulendum Beelzebub, *numer.* 41. Elias occurrit nuncijs, *numer.* 43. qui redeunt infecta re, *numer.* 44. & 46. cum accerſit Ochoſias, *nu.* 50. Quinquagenarium cum ſuis cœleſtis ignis abſumit, 51. mittitur ſecundus, eodem euentu, *num.* 52. mittitur tertius, cum quo venit Elias, & rege mortem nunciat, *num.* 55.

*Mors Achabi. Ochoſias filius eius.*

Ioſaphat regnum ſuum inuiſit, purgat, ordinat, *nu.* 58. 59. eius concilium Hieroſolymitanum, *n.* 61. in eo Amarias Pontifex præeſt, *n.* 62.

*Amarias Pont.*

A. m. 3139, contigit raptus Eliæ, *nu.* 2. *& ſeqq.* in quem locum & quem ad finem, *numer.* 6. valedicit ſuis, *num.* 8. Eliſæum ſucceſſorem dicit, *num.* 12. quem cupit dimittere à ſe,

*Elias raptus.*

*n.*17. *& ſeqq.* cum eo tranſit Iordanem, *n.*21. Eliſæus abeunte petit duplo maiorem ſpiritum, *n.*24. & ſub conditione impetrat, *n.*27. curru igneo, equiſque rapitur, *n.*29.30. Eliſæo clamante: *n.*31. qui cum pallio Eliæ regreditur, & cum eo diuidit Iordanem, *n.*46.47. habitat in Carmelo ſucceſſor Eliæ, *nu.*51. ſanat aquas in Iericho, *n.*52.53. redditque meliores, *n.*54. Eliſæus illuditur à pueris ob caluitiem, nec impune, *n.*60. & c. abit in Carmelum, *n.*63.

*Eliſæus ei ſuccedit.*

*Ioram Iſraëlita.*

Eodem anno Ioram filius Achab bellum gerit contra Moabitas, *nu.*63. comite Ioſephato, *n.*64. & 67. & Idumæo rege, *nu.*65. ob negatum tributū, *n.*66. In via ſiti laboratur, *num.*68. cui prouidet Eliſæus, *n.*72. *& ſeqq.* Moabitæ prælium parant, & mutuam hoſtium cædem ſuſpicati, dum ad prædam conuolant, cæduntur, & regio vaſtatur, *n.*76. obſidetur ciuitas regia, *n.*77. Moabita filium ſuum ſacrificat, *n.*78. & 80. Hebræi miſericordia moti ſoluunt obſidionem, *n.*79. & 81.

An. m. 3140. Eliſæus oleum viduæ multiplicat, *n.*2. *& ſeqq.* ad 8. Sunamitis hoſpitalitatem exercet erga Eliſæū, *n.*9. & 10. qui ei ſpondet fœcunditatē, *n.*14. Illa proximo anno filium ſuſcipit, qui eſt 3141.

A.m.3143. Moabitæ, Ammonitæ, Idumæi bellum ſuſcipiunt contra Ioſaphat, *n.*7 8.9. cui res innoteſcit, *nu.* 10. & recurrit ad Deum, *n*, 11.12. &c. cui Deus victoriam promittit, *nu.* 14. hoſtes ſe mutuo concidunt, *nu.* 17. Iudæi prædas & ſpolia colligunt, & domum cum triumpho redeunt, *n.*18. & 19. filius Sunamitis moritur, *n.* 20. eius mater adit Eliſæum, *n.* 23. *& ſeqq.* qui puerum ſuſcitat, *n.* 30.31. & matrem de fame præmonet, 32. mors Homeri, eiuſque tempus, locus, modus, ſepulchrũ, *n.*34. *& ſeqq.* fuſe, & ſchol. 5. *Mors Homeri.*

An. m. 3144, primus annus famis ſeptennis in Iſrael, *nu.* 1. Sunamitis peregrinatur apud Philiſthæos, *nu.* 2.3. Eliſæus amarorem tollit herbarum agreſtium, *nu.* 5. & 6. panes multiplicat, *n.* 7.8. Eliſæi, & religioſorum eius voluntaria paupertas, *nu.* 9. & anno ſeq. *n.* 5. & 6. *Fames ſeptennis.* *Eliſeitarum paupertas.*

A. m. 3145. Ioſaphat moritur regni 25. ætatis 60. *n.* 1. laus eius, *nu.* 2. fame ſæuiente Prophetæ ad Eliſæum confluunt, *nu.* 4. lignatum eunt, & ferrum de manubrio fugiens mergitur, *nu* 7. ferrum enatat, & quomodo, *n.* 7. & 8. Inſidiæ Syrorum ab Eliſæo ſæpius reteguntur, *numer.* 9.10. & anno ſequen. *num.* 3. *Mors Ioſaphati.*

*Ioram Iudæus.* An.m.3146, Ioram filius Ioſophati tertio anno famis regnat, & fratres, & principes Iuda perimit, *numer.* 1.2. Syrus cupit comprehendere Eliſæum, *n.*5. mittit copias ad eum comprehendendum, *nu.*6. eas Propheta ducit Samariam, *n.*13. vbi eas à Rege conuiuio iubet excipi, *n.*15.

An.m.3147. Quarto anno famis Ioram ſectatur impietatem Iſraelis, incitante Athalia vxore, *n.*1.2.3. Benadad Syrus obſidet Samariam, *n.*5.

A.m.3148, Idumæa à Ioramo Iudæo deficit, *n.*2, qui in eam expeditionem *Litera Eliæ.* ſuſcipit, *nu.*2. ſed irritam, *ibid.* litteras ab Elia poſt raptum eius accipit, *nu.*5. & 6. incipit ægrotare ad biennium, *ibid.* fames ingens obſeſſæ Samariæ, *n.*7.8. in ea mulier filium ſuum comedit, *n.*9. & 10. Ioramus Iſraëlita Eliſæo mortẽ minatur, *nu.*12.13. & inferre parat, *n.*14. &c. At Propheta mirã annonæ vilitatem promittit, *n.*17. Syri diuinitus exterriti fugiunt, *n.*22. *& ſeqq.* Iſraëlitæ caſtra eorum populantur, *nu.*32. belli finis, *n.*34.

An.mundi 3149. Sexto famis anno *Benadad.* Benadad rex Syriæ ægrotat, *num.*2. *&* 3. Eliſæus venit Damaſcum, *numer.*4. eum rex per Hazaëlem conſulit, *nu-* *Hazael.* *mer.*6. cui prædicit regis mortem, & regnum,

regnum, eiuſdemque crudelitatem, *n.* 8. *& ſeqq.* mors Benadad, *n.* 11. & palatium, *nu.* 12. Ioram Iudæus excrucruciatur doloribus, *nu.* 13. eius populus à Philiſtæis & Arabibus cladem accipit, & ipſe filios, & vxores amittit, *nu.* 15. 16. Regem æger declarat Ochoſiam, *n.* 17.

*Mors Iorami Iudæi.*

*Ochoſias.*

*Ioas.*

*Naaman.*

*Giezi.*

A.m. 3150. Ioram Iudæus moritur, vita & morte infelix, *n.* 2.3. etiam populo execratus, *nu.* 4. Ochoſias an. 22. vitæ regnat cum patre vnicum annum, *n.* 11. & 13. naſcitur ei filius Ioas, *n.* 14. finitur fames Iſraelitica, *num.* 16. redit è peregrinatione Sunamitis, *ibid.* bona ſua recuperat, *numer.* 18. Naamam Syrus adit Ioramum regem Iſrael ſanitatis cauſa, *numer.* 17. *&* 18. *& ſeqq.* ſanatur in Iordane, *numer.* 28. munera offert, quæ recuſat Eliſæus, 29. fit Dei cultor, nec tamen Hebræus, *nu.* 31. Giezi ab eo munera accipit. *numer.* 36. & à Propheta lepram, *numer.* 38. Ioram cum Ochoſia expeditionem mouet in Ramoth contra Syros, *n.* 43. à quibus ibi vulneratur, *n.* 44. eum inuiſit Ochoſias, *n.* 45.

*Ioiadas. Pont.*

An. m. 3151. Ioiadas fit Pontifex, *n.* 3. & 4. Eliſæus mittit diſcipulum ad vnguendum Iehu in regem, *numer.* 5. *& ſeqq.* quem vngit, *numer.* 11. editque ora-

ora-

*Iehu regnat & delet domum Achabi.* *Mors Iorami. Ochoſiæ, & Iezabelis.*

oraculum contra domum Achab, nu. 12. &c. Iehu proclamatur Rex, nu.16 venit in Iezrael, n.19. Et occurrunt Ioram & Ochoſias, n.22. Ioram interficitur, nu.23. Ochoſias fugiens percuſſus, mox moritur, 27.28. Iezabel iuſſu Iehu datur in præceps, n.35. quam vorant canes, 37. Samaritæ eiuſdem iuſſu occidunt Achabi familiam 70. virorum, n.45. alia cædes eorũ in Iezrael n.47. Iehu adiens Samariam nepotes Ochoſiæ interficit, n.48. & ſeqq. In vrbe reliquos Achabitas occidit, n.54. tũ Pſeudoprophetas cultores Baal, n.55. ad 62. inde ſæuit etiam in fana, & idola eius, 63. Iehu vitulos cum Deo colit, nu.66.67, promittitur ei diuinitus merces pro exciſa domo Achabi, nu. 6970.

*Athalia.* Athalia ſtirpem regiam exſcindit, n.71. quæ cauſa, moduſq; carnificinæ, n.73. & 74. Ioſabetha Ioam morti eripit, n.75.

An. m. 3152, Iehu vitulos adorat, n. 1. ideo ab Hazaele Syro vexatur, nu.2. eiq; eripit regionem trans Iordanem, n.3. magna crudelitate vſus, n.4. Athalia regnat in Iuda, n.5.

*Lycurgus.* A.m.3153. Lycurgus Legiſlator Lacedæmoniorum floret, n.1. eius peregrinatio, n.2.

A.m

An.m. 3157, Cæſa opera Ioiadæ Athalia, Ioas ſeptennis fit rex, *nu.*1.7.8. *&* *ſeqq.* Athalia venit in templum, *num.*11. extruſa perimitur, *num.*12.13. &c. fœdus renouatur Deum inter & populum, *nu.*16.17. euertitur idololatria, *n.*18.19. *Ioas regnat.*

An.m.3158, Ioas cum Ioiada moderatore regnat, *n.*1. Iehu à Syris vexatur, *n.*3.

An.mundi 3166, Ioas ducit vxorem, *numer.*1. conditus Carthaginis, 2.3. *&* *ſeqq.* *Carthago.*

A.m.3170, Lycurgus nepotis regis tutor, *n.*1. *&* *ſeqq* eiuſdẽ integritas, & fides in regni hæredem infantulum, *nu.*3. affuit Iphito Olympicorum inſtauratori, *n.*4. geminum initium Olympiadum, *n.*5. *Olympiades.*

An. m. 3172, Ioas anno ætatis 23. regni 16. auctus eſt filio & ſucceſſore Amaſia, proximo anno moritur Ophratanes Aſſyrius anno regni 50.

An.m.3174. Regnat Ocrazapes Aſſyriorum 35. Euſebio, 40. Africano, ad annos 42.

An.m.3177. qui eſt 21. regni Ioas, & 155. à templo fundato, iuſſu regis colliguntur pecuniæ ad templi inſtaurationem, *n.*1 & 4. triplici ex capite colligebatur, *n.*5.

A.m.3178.moritur Iehu 28. regni, anno,*n.*1.

*Ioachas filius Iehu.* An.m.3179. Ioachaz filius Iehu patri ſuccedit,*n.*1. Sacerdotes negligentius vacant inſtaurationi templi,*nu.*2. & à rege arguuntur,*n.*4.collecta pecunia,in arcam conijcitur,*n.*5.Inſumitur in templi vſus,*n.*8.9, & anno ſeqq.*n.*1.

An. m. 3180, vrgetur inſtauratio templi, *numer.* 1. Hazaël Syrus & filius eius Benadad diu vexant Ioachaz, *num.*3.

*Lycurgi leges.* A.m. 3183, videtur hoc anno Lycurgus ex peregrinatione ſua reuertiſſe, ſuaſque Lacedæmonijs tradidiſſe leges,*n.*2.quas diuinitus accepiſſe creditus eſt,*n.*3.& 4, quam vitioſa fuerit ea Reſpub.*n.*5.

*Mors Ioiadæ. Pedaias Pontifex.* A.m.3184, moritur Ioiada Pontifex,*nu.*1. glorioſe cum regibus ſepelitur,*nu.*3. & 4, ei ſuccedit Pedaias, an. ſeq.*n.*1.2,& a.3186.*n.*2.

A.m.3185,Aulici à Rege Ioas impetrant cultum lucorum, *nu.*4.5.*& ſeqq.* inſtaurant idololatriam,*n.*10.

An.m.3187,Hazaël Gethan expugnat,moxque adit Hieruſalē,*n.*1.gemina eius expeditio in Iudæos, *n.*3.Ioas Hazaëlem ab Vrbe auertit,templi donarijs, & theſauris ſuis,*n.*4.*& ſeqq.*

*Zachariæ cædes.* A.m.3192.qui fuit Ioas 36. Zacharias

rias occiditur. Anno vertente Syri cõtra Ioam redeunt, à quibus malè acceptus, ſequente biennio in languore decubuit, regnum adminiſtrante Amaſia eius filio, anno denique quadrageſimo à ſeruis ſuis occiditur, *n.*1. Zacharias regem & principes arguit, *n.*3. *& ſeqq.* rege conſentiente interficitur, *n.*6.7. Hazaël moritur, eique ſuccedit Benadad filius, *n.*21.22.

*Et Ioas regis.*

*Et Hazaëlis.*

An.m.3193, altera expeditio Syrorum contra Ioas, *nu.*1. qui contra eos infeliciter pugnat, *numer.*2. occiduntur optimates, *num.*3. ipſe plagis afficitur, *n.*4.

Ioachaz aſſumit Ioam filium ſuum regni collegam, *nu.*5. in ſpem meliorum temporum, *n.*6. *& ſeqq.*

*Ioas Iſraëlita.*

An.m.3194, Ioas repudiat idololatriam, *n.*1. Amaſias regnum pro patre languente adminiſtrat, *n.*2.

A.m.3195; Ioachaz filius Iehu moritur, anno regni, 17.

A.m.3196, Ioas Iudæus filius Ochoſiæ, occiditur, *n.*1. qua ex cauſa, *n.*2. & 3, caruit regia ſepultura, *n.*6.

*Cædes Ioas Iudæi.*

An.m. 3197, regnat Amaſias filius eius, *n.*1. Sedechia Pontifice, *nu.*2. Amaſiæ initia laudabilia, *numer.*3. interficit percuſſores patris, 4.

*Amaſias rex.*

*Sedecias Pont.*

A.m.3204, Eliſæus an. 66. à raptu

*Eliſæi mors*

Eliæ moritur, *nu*. 1. & ſchol. 1. Ioas rex Iſrael eũ inuiſit, *n*. 2. & 3, cui Propheta victorias tres contra Syros promittit, *n*. 5. *& ſeqq*. in Samaria moritur ac ſepelitur, *n*. 12. miraculis claruit, & Chriſti typus fuit, *n*. 14. 15, &c.

An. m. 3205, Latrunculi proijciunt cadauer ſuper corpus Eliſæi, quo tacto illud reuixit, *n*. 2. 3, Ioas rex Iſraël animatur contra Syros, *n*. 7. primoque prælio eos vincit, *nu*. 8. anno ſequenti iterum vincit, *n*. 2. & 3, & tertio anno, tertio vincit iuxta Prophetiam Eliſæi, *num*. 1. 2.

A. m. 3208, Amaſias anno regni ſui 12. percuſſit Idumæos, *nu*. 1. conductitium ex Iſraele militem, monitu Prophetæ dimittit, *nu*. 4. & 5, qui cædes agit & prædas, *n*. 11. Amaſias vincit Idumæos, *n*. 8. 9, & eorum idola veneratur, *numer*. 12.

A. m. 3209, Amaſias colit deos Idumęorum, *n*. 1. reprehenditur diuinitus, *n*. 2. repellit Prophetam inconſulte, *n*. 3. & 4. Ioram Iſraelis regem prouocat, *n*. 5. & 6.

A. m. 3210, Amaſias à Ioa vincitur, *n*. 2. 3, & ab eo vinctus ducitur Hieroſolymam, *n*. 4. diruta muri parte, *nu*. 5. & obſides accipit, *n*. 6. moxque in Samaria moritur, *nu*. 7. Amaſiæ naſcitur Ozias, qui & Azarias, *n*. 1.

*Mors Ioas. Ortus Ozia.*

A. m.

An. m. 3211, Ieroboamus filius Ioas regnare cœpit, qui iam cum patre 11. annis regni negotia adminiſtrarat, *n*.1. *Ieroboam.*

A. m. 3212. Ioroboamus à Iona Propheta animatur, *nu*.2. Iſraelitis valde afflictis, *n*. 4. quis hic Ionas, *n*. 6. Ieroboam recipit à Syris regiones trans Iordanem, *n*. 9. *Ionas.*

An. m. 3215. Ocrozapes Aſſyrius an. 42. regni moritur, *n*. 1.

A. m. 3216. Sardanapali Aſſyriorum regis, Africano quadrageſimi primi. Euſebio trigeſimi ſexti primus, Amaſias non perſeuerauit in idololatria, *numer*. 4. & 5. Ieroboamus Iſraelita proſpere agit, *n*. 1. Ionas Niniuem mittitur, *nu*. 8. eius vrbis amplitudo, *nu*. 9. cur fugerit in Tharſis, *nu*. 10. excitata tempeſtate mittitur in mare, *n*. 12. 16, ea ſedata nautæ ad Deum conuertuntur, *n*. 17. Ionas voratur à piſce, *nu*. 18. 19, adit Niniuem, & in ea prophetat, *num*. 22. 23. Niniuitæ pœnitentiam agunt, *n*. 24. & *ſeqq*. Ionas iraſcitur, *nu*. 30. tentatur arefacta hedera, *n*. 33. inſignis Dei clementia, *n*. 34. fuit figura Chriſti, *n*. 37. & *ſeqq*. *Sardanapalus.* *Ionas Propheta.* *Niniue.*

An. m. 3220, Sardanapalus duas vrbes vno die dicitur condidiſſe, *n*. 1. inſtaurauit potius, *n*. 2.

A. m. 3225. Occiditur Amaſias, *n*. 1. *Mors Amaſia.*

facta in eum coniuratione, *n.* 2. 3. Tri-
buti cauſa, *n.* 4. ſepultura eiuſdem, *n.*

An. mun. 3226, Ozias regnare inci-
pit, *n.* 1. ſtatim poſt patrem, ac ſine in-
terregno, *n.* 2. Ioële ſiue Azaria Ponti-
fice, *n.* 3.

*Oziæ regnum.* An. m. 3227, pia Oziæ initia, *n.* 2. in-
ſtitutione paterna & Zachariæ, *n.* 2. 3
*Ioël Pontifex.* hoc tempore prophetat Oſeas, *n.* 4. 5
*& ſeqq.* Dei iuſſu ducit fornicariam, *n.*
*Oſeas & Ioel Prophetæ.* 7. 8. eodem tempore prophetat Ioel,
*n.* 9. & 10.

An. m. 3229, Ozias recuperat Elath
ab Idumæis, *n.* 2. 3.

An. m. 3230, pugnat contra Phili-
ſthæos, & tres eorum vrbes mœnibus
exuit, *nu.* 1. Lotnam recuperat, & Ge-
tham, *nu.* 3, & 4, *& ſeqq* Anno ſeq. ex-
peditionem feliciter ſuſcipit contra
Arabes & Ammonitas, qui & Minæi,
*n.* 3. & 4.

A. m. 3233, obſidetur Niniue Arba-
ce cum Beleſo in Sardanapalum con-
iurante, *nu.* 2. & 3. Rex in vrbe obſide-
tur, *n.* 4. ad triennium, *ibid.*

*Mors Sardanapali.* An. m. 3235, Sardanapalus expu-
gnatur, & incendio perit, *n.* 1. eius ſe-
pulchrum, *num.* 2. & 3. Ninus non fuit
nunc exciſa, *numer.* 4. ſcriptura quin-
que adhuc eius reges ſuggerit, *nu-
mer.* 4. & 5.

Reno-

## *Renouatum Imperium Aſſyriorum.*

An.m. 3236, renouatur Imperium Aſſyriorum à Phule, *n.* 1. *Phul.*

An.m. 3241, Ozias Hieroſolymam inſtaurat, *n.* 2. 3. &c.

An.m. 3245, Heſiodus centum annis iunior Homero, moritur, *n.* 1. eius cædes, *n.* 2. & ſepulchrum, *n.* 3. & 4. *Heſiodi mors.*

A.m. 3248, Amos incipit Prophetiam ſuam, *n.* 1. duo Amos pater Iſaiæ, & hic è paſtore Propheta, *n.* 2. 3. qui aliquot populis minas intentat, *n.* 4. *& ſeqq.* Prophetat quoque anno ſeqq. id eſt duobus annis ante terræ motum, *num.* 1. *Amos geminus.*

An. m. 3250, contigit terræ motus, de quo Amos & Zacharias 25. Oziæ, *n.* 3. quis ille fuerit, *n.* 4. & 5. index maximorum motuum in Iſraele, *num.* 6. prædicitur captiuitas eius intra 65. annos, *n.* 7. & 8. *& ſeqq.* *Terræ motus.*

A.m. 3251. moritur Ieroboam anno regni 41. regno non tam pie quam feliciter adminiſtrato, *n.* 1. 2. Amos Propheta ab Amaſia ſacrificulo occiditur, *n.* 3. 4. *& ſeqq.* *Mors Ieroboami regis.*

An. m. 3252. mortuo Ieroboamo contigit interregnum annorum fere

*Interregnum in Iſraele.* duodecim ante regnum Zachariæ, qui illi ſucceſſit, *n.*1. 2, & 3.

*Ortus Ioatham.* An. m. 3253, naſcitur Ioatham filius Oziæ, anno 28. regni eius, qui poſt 25. annos regnauit, *n.*1.

A. m. 3255, quieta Oziæ tempora videntur corrupta valde, *n.* 1. *& ſeqq.* hoc tempore prophetauit Eſaias, Abdias, Ionas, Ioël, Amos, Micheas, *nu.*8. Abdias accuſat Idumæorum ſuperbiam, *num.*11.

*Eſaias & alij Prophetæ.*

*Manahẽ.*

An. m. 3260, initium regni Amulij, *n.*1. & 2.

An. m. 3263, Ieroboami filius Zacharias regnum occupat, a. 32. Oziæ, *n.* 1. ad ſex menſes, *n.* 2.

An. m. 3264, tres fuerunt hoc anno in Iſraele reges Zacharias, Sellum & Manahem, *nu.* 1. Sellum intra menſem perit, *nu.*7. Manahem eo occiſo regnum inuadit, *n.* 9.

An. m. 3265 regnat Manahem, *nu* 1. ſæuit in Thapſan, *n.* 2. & 3, Phul Aſſyrius venit ei auxilio mille talentis euocatus, *n.* 4. videtur factus illi tributarius, *n.* 5. & 6.

A. m. 3274. tribus rebus inſignis eſt hic annus, natiuitate Achaz filij Ioatham, *numer.*1. Lepra Oziæ, quæ cadit in annum regni eius 49. propter attentatum ſacrificium, *numer.* 5. *& ſeqq.*

*Lepra Oziæ.*

fuſe,

fuſe, vnde habitauit extra vrbem, *n.* 3. Tertia eſt mors Manahem, *numer.* 15. cui ſuccedit eius filius Phaceia, anno ſeqq.

An.m.3275, regnat Phaceia, Oziæ an. 50. Ioathamo regnum paternum administrante, *n.*1. *Phaceia.*

A.m.3276, ſecundo regni ſui anno Phaceias occiditur à Phacee, qui & regnum inuadit, *n.*1.& 2. hoc ipſo anno naſcitur Tobias ſenior ex tribu Nephtalin, *n.*3. *Tobias.* *Ozia mors.*

An. m. 3277, moritur Ozias anno regni 52, *n.*1. & 8. ætatis 68.4. *Reg.*15.2. ſepultura & mores, *numer.* 9. Pháceas filius Romeliæ regnum occupat, *n.*10. *Phaceas.*

---

## *Olympiades.*

A.m.3278. & primo anno Ioathami regis Iuda inchoantur Olympiades, *n.* 1.& 5, & 9. eodem anno Phul Aſſyrius moritur regni anno quadrageſimo tertio. *1. Olympias.*

A.m.3279, Theglath Phalazar venit contra Phacee anno eius 3. eiq; abſtulit totam regionem trans Iordanẽ, id eſt, duas tribus cum dimidia; cis Iordanem autem totam tribũ Nephtalim, qua tota ſuperior Galilæa cõtinetur, *n.*4. Deo per partes Iſraelem caſtigante, *n.*5. *Theglath Phalazar.* *Captiuitas Iſraelis.*

A. m. 3280, Rhea ab Amulio Veſtæ conſecratur, *nu.* 2. Ioathan ædificauit templi portam Orientalem, *n.* 2. 3. & murum Ophel, *nu.* 4. vrbes quoque & arces, *n.* 5.

An. m. 3283, incidit in hunc annum Iubilæus Moſaicus 14. Sabbaticus autem centeſimus, 700. enim anni euoluti ſunt ab ingreſſu Ioſue in Chananitidem, *nu.* 1. hoc quoque anno conceptus dicitur Romulus & Remus à Rhea Syluia, ab Amulio in luco Martis compreſſa, *n.* 2. 3.

*Orbis Romuli & Remi.* A. m. 3284, Romulus & Remus nati dicuntur, ineunte anno, *nu.* 1. Mater necata vel coniecta in carcerem, gemina proles ad fluuium depoſita, à lupa educatur, *n.* 2. 3.

*Et Ezechiæ.* A. m. 3285, naſcitur Ezechias anno regni Ioatham 8. patre Achaz vix duodecim annum agente, *n.* 1. & 2, &c.

*III. Olympias.* An. m. 3286, Ioatham bellum gerit contra Ammonitas, qui victi tributis grauantur, *n.* 2. Abaris fabula, *n.* 1.

*IV. Olymp. Michæas.* An. m. 3290, Michæas prophetat de ſuprema clade Iſraelitarum, *num.* 3. & memorat priorem, *num.* 2. duo Michææ, *n.* 5.

*Achaz rex.* An. m. 3293, moritur Ioatham anno regni ſui 16. & Achaz eius filius regnare incipit, *n.* 1. & 4.

Ro-

Romuli & Remi liberalis inſtitutio, & forma, *n.*7. & 8.

An.m.3294, Primi Ephori conſtituti ſunt Lacedæmone numero quinque, *n.*1, Vrias Pontificatum gerit, *n.* 2. Syri in Achaz inſurgunt, victumque captiuum ducunt Damaſcum, & ab eo Ailam recuperant, *num.*4. Alteram cladẽ accipiunt Iudæis ab Iſraelitis & Phacee, occiſis 120. millibus eorum *n.*6. & 7. & ducentis millibus captiuorum, *ibid.* quos, à Propheta moniti, liberos, & bene habitos remiſerunt, *numer.*14. *v. Olym. Vrias Pōt. Ephori.*

A.m.3295, Syri & Iſraelitæ bellum renouant contra Achaz, *n.*1. obſident Ieruſalem, *n.*4. Eſaias mittitur ad eum animandum, *n.*5. neque oraculum dat de virgineo conceptu, *num.*6. & *ſeqq.* Auxilia Aſſyriorum Achaz male euocat promiſſis muneribus, *numer.* 11.12.13. *Oraculũ de virgineo conceptu.*

A.m.3296, Aſſyrius Theglat Syriam vaſtat, & Raſen interficit, *n.*4. & Syros abducit in Mediam, *n.*5. Phacee obſidione relicta domum repetit, vbi & occiditur ab Oſee anno regno illius vigeſimo, *nu.*7. Achaz adit Aſſyrium cum muneribus, *n.*8.9. *Oſee Phacee occiſo regnat.*

An.m. 3298, Achaz cum Aſſyrio Hieroſolymam venit, *nu.*1. Achaz in *Achaz impietas.*

nouo altari ſacrificat, *n.* 2. ibi Aſſyrius hoſtiliter ſe gerit, & deprædatur opes regis, & graue tributum regno imponit, *n.* 4. & 5. indignatus Achaz diripit omnia vaſa templi, clauditque illud, *n.* 6. quatuor genera impietatum Achaz, *n.* 7. primum multiplicauit idola, *n,* 8. Altaria vbique erexit, *n.* 9. ſacrificauit varijs idolis, etiam innocentes infantes, *n.* 11. aut potius traducendo per ignem, *n.* 12. quarto templum Dei ſpoliauit, *n.* 13. profanumque reddidit, *n.* 15. 16. &c.

Hoc anno, qui quartus eſt Achaz, Oſee interfecto Phacee regnare cœpit, *n.* 22. ſed eius initium iterum ponitur anno 12. Achaz, 4. *Reg.* 17. 1. *n.* 23. Oſee fit tributarius Aſſyriorum, *nu.* 24. & 25. Theplath plenus ſpolijs redit in Aſſyriam, *ibid.*

A. m. 3298. afflicto rege Achaz Idumæi excurrunt in Iudam, *nu.* 3. lupercalia à Romulo & Remo celebrantur Pani Arcadico ſacra, *n.* 5.

An. m. 3299, ad hunc & aliquot annos ſequentes Philiſthæorum bella contra Iudæos pertinent, *nu.* 1. quibus varias vrbes eripiunt, *n.* 2. *& ſeqq.* ſuaſque recipiunt, *numer.* 5. dum Achaz & Oſee tributa pendunt Aſſyrijs, *numer.* 6.

*Olymp.* 6. *Lupercalia.*

Roma

## *Roma conditur.*

An. m. 3302, Romulus vrbem condit, *num.* 1. 2. &c. in Pallilibus xi. Cal. Maij, ideoque in fine ſextæ Olymp. qui cadit in eundem annum mundi, cum initio ſeptimæ, *nu.* 2. dies fuit 21. Aprilis, *nu.* 5. 7. anno Romuli duodevigeſimo, *n.* 8. Rei geſtæ ordinem habes, *n.* 9. *& ſeqq.* Numitor regno reſtituitur, *n.* 13. Coloniam parat in nouam vrbem, *nu.* 14. Romulus Aſylum aperuit, *nu.* 16. *& ſeqq.* oritur inter fratres æmulatio, *num.* 19. Lis auſpicio dirimitur, *num.* 20. venitur ad manus, & Remus occiditur, *n.* 21. 22. Vrbis fundamenta iaciuntur, *nu.* 23. Eodem anno & die natus fertur Numa Pompilius, *nu.* 24. *Olym.* VII. *Romulus.* V. C. 1. *Remi cædes.* *Numæ ortus.*

A. m. 3303, Romulus rex agnoſcitur à ciuibus ſuis, *nu.* 1. quos in partes diſtribuit, *nu.* 2. conſtituit centum Patricios, *nu.* 4. & 300. Equites, *n.* 5.

An. m. 3304, Contigit Sabbaticus 103. noua Romanorum Reſpublica ſtabilitur, *n.* 1.

A. mun. 3305, qui eſt 12. Achaz, nouum ponitur initium regni Oſee, *n.* 4. vectigalis Aſſyrijs, ab ijs regis nomen obtinet, *num.* 5. Vituli aurei ab Aſſyrijs *Oſee.* *Vituli aurei.*

ſublati, *n.* 6. & 7. Romani à connubijs repulſi, coniuges in ludis rapiunt, *n.* 8 & 9. ea ſemina belli, *nu.* 11. contra Cæ-nicenſes & Antemnates, quos vincit Romulus, deque eis primum triumphat, *n.* 13.

*1. Triumphus.*

*Oly.* VIII. *VrCond.* 5. *Nabonaſſaris æra.*

A. m. 3306, Bellum Sabinum ob raptas virgines, *n.* 1. *& ſeqq.* Pax per eaſdem quæſita, *n.* 5. & 6. & confecta, *n.* 7. In hunc annum cadit initium annorum Nabonaſſaris, *n.* 8.

A. m. 3307, Achaz oppreſſus tributis ab Aſſyrijs condit leges iniquas, *n.* 1. prædicatur vltima captiuitas Iſraelis, *n.* 2. & alia de Cyro vaticinia edit Eſaias, *n.* 3. & 4.

A. m. 3309, Pax & ſocietas cum Sabinis inita, *n.* 1. 2. duplicantur Patricij, Vrbs augetur ſpatijs & templis, *ibid.*

*Achaz moritur.*

*Ezechias regnat.*

Hic vltimus eſt annus Achaz, & primus Ezechiæ, *n.* 3. ille impie moritur. *n.* 5. & à ſepulchro regum excluditur, *n.* 6. Ezechias regnum inchoat à diuino cultu, *n.* 8. templum emundat, *n.* 9. 10. 11. &c. renouat cum Deo fœdus, *n.* 13. ad celebritatem Paſchæ, inuitat Iſraelitas, *n.* 15. *& ſeqq.* plerique neglexerunt, alij reſipuerunt, *n.* 21. 22. Ezechias Idololatriam exterminat, *n.* 27. 28. 29. confringit ſerpentem æneũ, *n.* 31. prouidet templi miniſtris, *nu.* 33.

Eſai-

Eſaias contra Philiſthæos vaticinatur, cap. 14. 28. *n.* 36. *& ſeqq.* Moritur hoc anno Theglath Phalaſar, Imperij 29. *n.* 41. *Mors Theglath.*

An. m. 3310. Salmanaſar ei ſuccedit, filius patris, *n.* 2. Nabonaſar Babylonius ei ſubditus, *n.* 3. Oſea negante tributum Salmanaſar aſcendit contra eum, *n.* 4. res pacifice tranſigitur, renouato tributo, *ibid.* Ezechias vincit Philiſthæos, ingenti victoria, *n.* 5. 6. 7. quod bellum ad ſequentem quoque annum pertinet, *n.* 2. *Salmanaſar. Olymp. IX. V. C. 9.*

An. m. 3311, Oſeas deficit ab Aſſyrijs, ope Ægyptiorum quæſita, 3. Tobias ſenior ducit vxorem, anno ætatis 36.

An. m. 3312, Salmanaſar obſidet Samariam, in eaque Oſeam, *n.* 1. Tobias iunior naſcitur, *n.* 2. *Ortus Tobiæ.*

A. m. 3313, Hic eſt ſecundus annus obſidionis Samariæ, *n.* 1. de qua Eſaias cap. 21. 14. *num.* 2. & 1. & rurſum cap. 16. 3.

An. mun. 3314, Tatij Sabini collegæ Romuli, mors *n.* 1. & 2. Hic idem annus eſt Ezechiæ 6. & Oſeæ 9. & vlt. quo regnum Iſraelis exciſum eſt, cum ſtetiſſet annis 255. *n.* 3. Samaria vi capitur, *n.* 10. Rex cum populo abducitur in Aſſyrios, 11. toto deinceps oriente *Olymp. X. V. C. 13. Regnum Iſraëlis exciſum.*

pro-

proſeminantur, *num.* 12. Tobias abducitur in captiuitatem, *nu.* 14. pauci remanſerunt fuga vel contemptu elapſi, *nu.* 15. Cedareni quoque ab Aſſyrijs afflicti, *n.* 17. Ortus Iudithæ, *n.* 18.

*Iudith.*

An. mu. 3315, Tobias in captiuitate clare ſe gerit, *n.* 2. 3. factus eſt regis diſpenſator, *n.* 4. Noui Samariæ coloni ex varijs gentibus, *nu.* 5. & *ſeq.* à leonibus vexantur, *n.* 8. Deo vindicante Idololatriam in terra ſua, *nu.* 9. Rex eò mittit Sacerdotem, qui populum doceat cultum Dei terræ; *num.* 12. cum Deum & idola ſimul colerent, nihilominus plaga ceſſauit, *nu* 13. 14. & *ſeqq.* Ad hunc annum & aliquot ſequentes pertinet Prophetia Nahum, *nu.* 19. 20. &c. eius patria, *n.* 23. Salmanaſar pugnat contra Tyrios, *num.* 24.

*Nahum Propheta.*

A. m. 3316, Idem Salmanaſar cladem infert Moabitis, vt prædixerat Eſaias, c. 16. 14. *n.* 1 2. Tobias mutuo dat Gabelo decem argenti talenta, *n.* 5. 6.

An. mun. 3317. Bella Romuli contra Camerinos, Fidenates & rurſum contra Camerinos, *n.* 1. 2. & *ſeq.* Hoc quoque anno Salmanaſar bellum geſſit contra Tyrios, *nu.* 6.

*Olymp.* XI. *V. C.* 17.

A. m. 3318, Moritur Salmanaſar ſub annum 10 Ezechiæ, *nu.* 2. cui ſuccedit Sennacherib, *ibid.*

*Sennacherib.*

A. m.

An. m. 3320, Ezechias qui dudum parabat defectionem ab Aſſyrijs videtur. 12, regni anno diſſimulanter non ſoluiſſe tributum, 13. aperte negaſſe, 14, bellum exarſit, *num.* 1. interim bellum occultè parat, *num.* 2. *& ſeqq.* & in primis aquas Vrbi, *nu.* 2. 3. reparat muros eius, 6. 7. præparat arma & commeatum, *nu.* 8. ſocium quærit Ægypti regem contra Aſſyrios. Miſſa legatione & muneribus, *numero* 10. 11. & c. Ratio vitæ Tobiæ ſub Sennacherib, *numero* 14.

An. m. 3321, Ezechias negato tributo deficit ab Aſſyrijs anno regni ſui 13. *n.* 1, & 5, nec iniuſtè, *ibidem.* *Ezechias ab eo deficit.*

A. m. 3322, Romulus Veientes ſemel iterumque vincit, *nu* 2. 3. & 4. deque ijs tertium triumphat, *ibid.* *Olym.* XII. *V.C.* 21.

Sennacherib venit cum maximis copijs contra Ezechiam, *n.* 5, quarum partem mittit in Azotum, *num.* 6, quibus victis, in Ægyptum mittit, quos cum Æthiopibus vincit, & ignominioſe tractat, *num.* 7, & 11, ſed anno ſequenti. Interim Sennacherib oppugnat ciuitates Iudæ, *n.* 12, Ezechias populum conſolatur, & animat, *num.* 14, mittit nuncios cum muneribus ad Aſſyrios, *nu.* 15. 16. ingenti mulcta ab eo afficitur, *n.* 18, qua accepta bellum nihilo- *Sennacherib in Iudæam.*

hilominus vrget Aſſyrius, mittitq; nuncios qui deditionem ſuadeant, *n.* 20. qui agunt cum Ezechiæ nuncijs, *n.* 30. *& ſeqq.* fuſe. Ad Rabſacis blaſphemias nuncij veſtes lacerant, & regem adeunt, *n.* 38. 39. qui per nuncios apud Eſaiam lamentatur, *n.* 40. 41. Eius va-
*Rabſaces.* ticinium contra Sennacherib, *num.* 43. reditus Rabſacis, *num.* 45. Aſſyrius Ieruſalem obſeſſurus, mutato conſilio adit Ægyptum, *num.* 47, & literas ad Ezechiam mittit, *num.* 5. eas rex expandit coram Domino, *nu.* 52. *& ſeqq.* reſponſio Domini, *nu.* 55. negat Ieruſalem obſeſſum, aut captum iri, *num.* 61.
*Morbus Ezechiæ.* Interea ægrotat Ezechias, *num.* 65. quo morbo, & qua ex cauſa, *nu.* 71. & 72. Eius curatio mira, *num.* 73. *& ſeqq.* Regis pro ſanitate oratio, *nu.* 77. &c. Prædicitur regi ſanitas, *nu.* 80. cur petierit ſignum, *nu.* 85. & 86. miraculum non factum in horologio Achaz, *num.*
*& curatio.* 87. ſed in ipſo ſole, *n.* 89. *& ſeqq.* Curatio Ezechiæ & carmen eius gratulatorium, *n.* 100.

Ann. m. 3323, Sennacherib Peluſium obſidet, *n.* 2. 3. ſoluit obſidionem, *n.* 4. vincit Æthiopas, *num.* 7. & Ægyptios, *nu.* 8. Inde Iudæam repetere cogitat, *num.* 10.

*Cædes Aſ-* A. m. 3324, Sennacherib adit Ieruſalem,

*ſyriorum ab Angelo.*

lem,*n.*3. & prope eam nocte ab Angelo cæditur exercitus 185. millium, *ibid. & ſeqq.num.*6.& 7. quis cædium modus,*n.*11. cur ſeruatus Rex, 12. mors Rabſacis & ſociorum, *num.*13. fuga regis & ſociorum, 15, peruenit in Niniuem, ibique perſequitur Iudæos, *num.*17.18. poſt 45, dies à filijs occiditur in templo *num.*19. *& ſeqq.* Ei ſuccedit Aſſaraddon, *num.*22. Occaſione tantæ cladis exoritur regnum Babyloniorum, per Merodach proregem,*num.*23.25.26. cur miſerit legatos ad Ezechiam, *ibid.* Medi quoque defectionem cogitant,*num.*24. Ezechias legatis oſtentat opes,30,cum elatione animi, *num.*32. cum qua rem defert ad Eſaiam,*num.*35. à quo triſte vaticinium accipit,*num.* 36. 37. &c. Ezechias acquieſcit diuino iudicio, *num.*41.

*Mors Sennacherib.*

*Aſſaraddon.*

*Ortus regni Babyl.*

An.m.3325.Ezechias fama clareſcit, & diuitijs,*nu.*1. 2. Aſſaraddon nouos mittit colonos in Samariam, *n.*4.5.

An.mun. 3326, Naſcitur Manaſſes, *nu.*1.&c. Aſſaraddon vexat Iſraelitas, *nu.*5.6.

*Ortus Manaſſis.*

*Oly.* XIII. *V.C.*15.

An. m. 3327, Merodach confirmat regnum Babylonicum,*num.* 1. Eſaias de Chriſto prophetat, *ibid.* Prophetat & Habacuc hoc tempore,*num.*7. duo Habacuc,*n.*4.

A.m.

*Olymp. XIV. V.C.29.*

A. m. 3330, Bellum Meſſenecum vicennale finitur, *nu.* 1.

*Tobiæ cæcitas & patientia.*

A. m. 3331, Tobias ſenior excæcatur, anno ætatis 56, *nu.* 1. *& ſeq.* tempus & modus cæcitatis, *num.* 3. & locus *num.* 4.

An. m. 3332, Tobiæ cœco inſultant ſui, *num.* 1. Tobiæ æquanimitas, *num.* 2, Spolietur iterum bonis. *num.* 3. cum vxore altercatur; *num.* 4. *& ſeq.*

*Finis Imperij Aſſyr.*

An. m. 3333. Imperium Aſſyriorum à Phule reſtitutum, Aſſaraddonis decimo concidit, *num.* 1. factumque eſt vectigale Babylonijs, *nu.* 2. Merodach Imperio Babyloniorum dat initium, *n.* 3. 4. regni ſui decimo, *n.* 6.

*Merodach.*

---

## *Imperium Babylonicum.*

*Olym. XV. V.C.33.*

An. m. 3334. Primus annus Imperij Babylonici, *num.* 1. Ezechias quædam ex Iſraelis regno recuperat; *num.* 2. Tobiæ patientia, 3.

*Peregrinatio Tobiæ duce Raphaele.*

A. m. 3335, Hoc anno contigit illuminatio Tobiæ, totaque hiſtoria peregrinationis Tobiæ iunioris, duce Raphaele, *nu.* 1. 2. *& ſeqq.* fuſe. Raphael adit Gabellum, *n.* 48. Reditus Tobiæ, 53. cæcus illuminatur, *n.* 56, *& ſeqq.* Angelus ſe prodit, *n.* 66, diuina prouidentia circa bona Tobiæ, *num.* 69.

An. m.

A.m.3337, Moritur Ezechias 29, re- *Mors Eze-*
gni, vitæ 54. *nu.* 1. variæ eius virtutes, *chia.*
*n.*5. *& ſeqq.* fuit typus Chriſti, *num.* 9.
10.11.

An. m. 3338, Succedit Ezechiæ Ma- *Regnum*
naſſes, *n.*1, &c. cuius res obſcuræ, *n.* 4. *Manaſsis.*
Decimotertio anno vitæ regnare cœ- *Olym.* XVI.
pit ad 55. *num.* 6. Tres eius vitæ actus,
malitiæ, pœnitentiæ, pietatis, *ibid.* vi-
detur ab aulicis deprauatus, *n.* 7. Præ-
ludia Idololatriæ, inſtauratio excelſo-
rum, & lucorum, *n.*8.9.10.

Romulus moritur anno ætatis 55. *Romuli*
regni 37. *n.*11. ſine prole, *num.* 12. mor- *mors.*
tis modus, tempus & locus, *num.* 13.
14.15.

A.m. 3339, Mortuo Romulo annus
vnus interregni fuit, *n.* 1. Is fuit 400.
quintæ ætatis annus, *ibidem.* Gliſcit i-
dololatria in regno Manaſſis, & an.
ſeq. *n.* 6. &c.

An. mun. 3340, Numa Rex Roma- *Numa.*
norum eligitur, *n.*1. & 5. vnde creditus
Pythagoræus, *n.*2.3. Idololatria, Ma-
naſſe id agente, inualeſcit, *n.*6. Idolum
quadriforme, & idolum luci, *num.* 8.9.
10. filios igne luſtrat, *nu.*11.12. Magiæ
vacat 13.14. cædes perpetrat, *n.*15. De-
us ei ſuſcitat monitores, *n.*16.17. quos
perimit, *nu.*20. in ijs Eſaias fuit, *nu.*22. *Eſaiæ*
quæ cauſæ mortis, *nu.* 25.28.29. Serra *mors.*
dici-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dicitur ſectus, *num.* 30. Aqua morienti data diuinitus. *n.* 32. eius ſepulchrum, *n.* 34.

An.mu.3341, Numa initio regni tumultus componit, *nu.* 1. & ſacra inſtituit, *nu.* 2. 4. 5. eius cum Egeria Nympha congreſſus, *nu.* 2. & 3. Auguſtinus tricuit hydromantiæ, *ibid.* Herophile Sibylla, *n.* 6. 7. *Herophile Sibylla.*

A.m.3342, Aſtacus in Bithynia conditur, quæ poſtea Nicomedia, *n.* 1. Numa corrigit annum additis duobus menſibus aut tranſpoſitis, *n.* 3. *Oly.* XVII. *V.C.* 41.

A.m. 3343, Numa nummos imaginibus notauit, vnde nomen ab eo acceperunt, &c. *n.* 1. 2. 3.

A.m.3344, Croton & Syracuſæ códitæ, *n.* 1. 2. Iudith pertinet ad tempus Manaſſis, *n.* 8. Manaſſes capitur à Merodacho Babylonio, qui etiam Nabuchod. dicitur, anno regni ſeptimo, *nu.* 12. 13. Imperij vero Babylonici vndecimo, *num.* 13. cauſa modusque capti regis, *numero* 14. 15. 16. templum non dirutum, *num.* 21. comites captiui regis, cum eo conijciuntur in vincula, 22. *Manaſſes capitur.*

1. *Pont. Romanus.* A.m.3345, Primus Romæ Pontifex Max. Numa Marcius, & quanta in eo auctoritas, &c. *num.* 1. Huc pertinet bellum inter Arphaxad Medum, & Me-

Merodas Babylonium, ille videtur Deioces, *n.*4. *& ſeqq.* hic Nabuchod. a.m.3344. *n.* 9. belli cauſa *&* modus, *n.* 11.12. &c. Merodachi victoria, 15, Manaſſes hoc anno reſtituitur, *num.* 17. &c. quæ vita eius in carcere, 23, quæ cauſæ Merodacho eum dimittendi, *n.*27.28. *Manaſſis libertas.*

A.m. 3346, Merodach omnia regna ſubiugare vult, & omnes Deos tollere, *n.*3 & 4. hominis ſuperbia, *num.*7. belli apparatus, *num.* 8. populorum deditiones, *num.*12. Holofernes ſubſiſtit in Chananitide, *num.*16. Iudæorum apparatus ad reſiſtendum, *num.* 17. ad Deum confugiunt, 20, *& ſeqq.* Manaſſes à reditu ſuo deſtruit idola, &c. *nu.* 25. & inſtaurat ciuitatem, *num.* 27. Holofernis cum Achiore Ammonita colloquium, *num.* 31. *& ſeqq.* fuſe. Deditur Iudæis, alligatus ad arborem, *num.* 43. deducitur ad Iudæorum concilium, & quæ ibi geſta, *num.* 44. *& ſeqq.* Bethulia obſidetur, *num.* 48. præ ſiti magiſtratus in deditionem conſentit, *num.* 54. Ab Iuditha auxilium, *num.* 55. quæ illa fuerit, *n.* 56. & 57. adit Holofernem, 79. ad eum deducitur, 80. eius cum Holoferne colloquium, &c. *num.* 84. *& ſeqq.* eum obtruncat, *numero* 97. & ſublato capite redit ad *Ol.* XVIII *V.C.*45. *Holofernes* *Achiore.* *Holofernes obtruncatur.*

ad ſuos, 98. &c. Achioris conuerſio, 106. Exercitus Aſſyriorum profligatur, *n.* 108. Iudith cum populo adit Ieruſalem, 111.

*Iuditha.*

*Ancilia.* An. m. 3347, Ancile cœlo delapſum, eique ſimilia facta 11. quorum cuſtodiæ adhibiti Salij, *n.* 1. 2. Quis nunc Iudæorum & Babyloniorum ſtatus, *n.* 3. 4. 5. Iudithæ gloria & virtus, 6. 7. 8.

*Olymp.* XIX. *V. C.* 49. An. m. 3350. Manaſſes reliquam vitam religione tranſigit, & ædificat, *num.* 2. 3.

*Olym.* XX. *V. C.* 53. A. m. 3354, Manaſſis anni vacui, *n.* 2. Colonia Tarentina, *num.* 1. Aliquot Olympiades rerum ieiuniæ.

*Olymp.* XXIV. *V C.* 69. *Archontes 9.* An. m. 3370, Nouem Archontes Athenas adminiſtrare cœperunt, *num.* 1. quorum primus rex ſacrorum erat, ſecundus princeps militiæ, tertius Ephorus, qui nomen anno dabat, vti poſtea Romæ Coſſ. ſex reliqui Theſmothetæ dicebantur, *ibid.*

*Amon.* An. mun. 3371, Naſcitur Amon filius & ſucceſſor Manaſſis, eiuſque anno 46.

*Olymp.* XXV. *V. C.* 73. A. m. 3374, Eſt hic idem annus Sabbaticus 113. quem ſicut & aliquot præcedentes, Hieroſolymis rite obſeruatos. Manaſſe pietati dedito, par eſt credere, *nu* 1.

A. m. 3375, Moritur Merodach, qui & Na-

qui & Nabuchod. anno regni 52. cui ſuccedit Ben-Merodach eius filius, ad annos 32. an. ſeq. *n.* 1. *Ben-Merodach.*

A. m. 3377, Moritur ſenior Tobias, anno vitæ 102. Manaſſis 40. *nu.* 1. & 13. prædicit euerſionem Niniuæ, *num.* 3. *& ſeqq.* item Iudæ captiuitatem, *num.* 11. & vocationem gentium, 12. *Tobiæ mors.*

A. m. 3378, Carnia, ludi in honorem Apollinis inſtituta, ob Carnum eius vatem ab Heraclidis interfectum, *num.* 3. *Carniæ. Oly.* XXVI. *V.C.* 77.

A. m. 3382, Numa moritur anno regni 43. eius ſepultura & arcæ lapideæ, *nu.* 2. 3. *& ſeqq.* *Olymp.* XXVII. *V.C.* 81. *Mors Numæ.*

A. m. 3383, Aliqui putant Amonem regnare cœpiſſe Hieroſolymis, 1. 2. forte factus eſt regni ſocius, *num.* 3. Cœpit hoc anno Tullus Hoſtilius regnare, *num.* 4. incipit à beneficentia, *num.* 6. *Tul. Hoſtilius.*

An. mu. 3385, Bellum Albanum cum Romanis, *num.* 2. 3. paucorum certamine dirimitur, *n.* 5. Horatij Curiacios vincunt, *n.* 6. 7. victor Horatius ſororem interimit, *num.* 8. *Tres Horatij.*

A. m. 3386, Tullus rex bellum parat contra Fidenates, *n.* 2. *Olymp.* XXVIII.

Anno mundi 3387, Anno 50. regni Manaſſis naſcitur Ioſias, *num.* 1. Moritur Anna mater Tobiæ iunioris, *à V.C.* 85. *Ortus Ioſiæ.*

*num.* 2. qui ſepelit loceros , & vide
quintam generationem, *num.* 3.

Bellum geritur contra Fidenates, *n.*
4. Metius Albanus proditionem mo-
litur, *n.* 5. & quadrigis diſtrahitur, *num.*
*Alba di-* 8. Alba diruitur , eiuſque ciues Ro-
*ruitur.* mam transferuntur, *num.* 9. ſtetit an-
nis 487. *num.* 11. Anno ſeq. Fidenates
bellum redintegrant, & cladem, *num.*
1. Moxque exoritur bellum Sabinum,
a. v. c. 88. & inchoatum deſeritur,
*num.* 2.

*Olymp.* An. mundi 3390, Romæ bellum Sa-
*XXIX.* binum redintegratur. Romani eos
*V.C.ã.89.* vincunt , voto à rege Hoſtilio fa-
*Mors Ma-* cto, *num.* 3.
*naſsis.* A.m.3392, Manaſſes moritur, anno
*Amon.* regni 55. *num.* 1. *& ſeqq.*

An.mu.3393, Amon regnat biennio
viginti duos annos natus, *num.* 2. eiuſ-
dem malitia , *num.* 3. *& ſeqq.* Sellum
*Sellũ Pont.* Pontifex, *num.* 1. Ortus Ieremiæ, *num.*
*Ortus Ie-* 8. *& ſeqq.*
*remiæ.* A.m.3394, Moritur Amon domeſti-
*Oly.XXX.* co ſcelere, *nu.* 1. 2, non impunè, *numer.*
*V.C. 93.* 3. ſepelitur cum patre, *ibid.*

Ann. mun. 3395, Ioſias octo anno-
*Ioſias.* rum puer , fit rex à populo, *nu.* 3. Hel-
*Helcias* cia Pontifice, *nu.* 4. & Sophonia Pro-
*Pont.* pheta, *num.* 5. Clades Iudæorum ob
peccata Manaſſis, *num.* 1.

An.m.

An.m.3398, Ioſias propter ætatis infirmitatem nihil adhuc mouet in Republ. *num.*1. Variæ vrbes conſtruuntur, *nu.* 2. *y.* XXXI. *V.C.* 97.

A. m.3400, Nabuchodonoſor ſenior, qui Nabolaſſar quoque dictus eſt, vnà cum patre Ben-Merodach regnare cœpit, 1. Ioſias autem 14. annos natus duxit vxorem, *nu.*2. *Nabuchod. ſenior.*

An.m.3401, Naſcitur Ioſiæ Ioacim, qui & Eliacim, *num.* 1. & patri ſucceſſit, annos natus 25. *ibidem.* Sabini rurſum à Tullo bello domiti, *num.* 6. Latinum bellum inchoatum, 5. & 7.

Anno mundi 3402, Ioſias publice profitetur pietatem, an. ætatis 16. aliam ducit vxorem, nomine Amital, *num.*2. *Olymp.* XXXII. *V.C.*101.

Ann.m.3403, Naſcitur Ioachaz, qui & Sellum, & Ieconias, *numero* 1. qui mortuo patre ad tres menſes regnum occupauit, 2.

An.mun. 3406, Ioſias anno regni 11. emundat regnum ſuum, initio à templo ducto, *num.* 1. *& ſeqq.* Pax cum Latinis quinto an. conciliata eſt, *n.* 16. *Olymp.* XXXIII. *V.C.*105.

A. m. 3407, Deus ſuſcitat Prophetam Ieremiam an. 13. Ioſiæ *num.* 1. ad denunciandum cladem vrbis Ieruſalem, & regni Iuda, 2. videt virgam vigilantem, *num.* 7. & ollam ſuc- *Ieremias.*

*Mors Ben-Merodachi.* cenſam, *num.* 9. Ben-Merodach aui magni Nabuch. decimo tertio Ioſiæ moritur, cum regnaſſet 24 annis ſolus, & octo cum filio, *num.* 14.

An. mun. 3408, Nabolaſſar, qui & Nabuchod. ſenior ſolus regnare cœpit ad annos 21. *num.* 1. Ioſias reliquam tollit idololatriam, *num.* 2. & *ſeqq.* annitente Ieremia, *num.* 6. & 7. & *ſeqq.*

*Olymp. XXXIV. V. C. 109. Tobias iunior moritur.* An. m. 3410, Moritur iunior Tobias, *num.* 1. 2. Ioſias implet vaticinia de ſe ante annos 349. edita, *num.* 7. &c.

*Ortus Ezechielis.* An. m. 3411, Oritur Ezechiel Propheta, *nu.* 1. anno Ioſiæ 17.

An. m. 3412, Inſtauratur templum anno Ioſiæ 18, 234, annis poſt inſtaurationem factam 23, Ioas, *nu.* 2. reperitur liber ſacer in efferenda ſacra pecunia, *nu.* 7. conſultus Dominus nunciat cladem regni à Chaldæis, *nu.* 13. Ioſias fœdus cum Domino renouat, *num.* 16. 17. &c. indicit, celebratque Phaſe magnificè, *num.* 20. & *ſeq.* & *nu* 31. &c.

*Olymp. XXXV. V. C. 113. Mors Tulli Hoſtilij.* An. mu. 3414, Moritur Tullus Hoſtilius 32. regni ſui anno, *num.* 1. Naſcitur Thales Mileſius, primus 7. Sapientum, *ibid.* vbi alia de 7. Sapientibus. Videtur Hoſtilius magicis artibus male adminiſtratis, à dæmone conflagraſſe, *nu.* 4.

A. m.

An. mun. 3415, Ancus Marcius regnum init, *num.* 1. *Ancus Marcius.*

An. m. 3416, Sedecias naſcitur, anno patris 30. regni 22, Romæ bellum Latinum ab Anco Marcio renouatur, & conficitur, 2. *Ortus Sedeciæ.*

An. mu. 3418, Mors Iudithæ incidit in 24. Ioſiæ; agebat annum 105, ſepelitur in Bethulia cum marito, *num.* 2, & 4. eius Epithaphium, & ſimilitudo cum B. V. *num.* 6. *& ſeqq.* Ancus cum Latinis anno 4. feliciter pugnat, *num.* 12. *Olymp. XXXVI. V. C. 117. Iudithæ mors.*

An. mu. 3419, Oritur Ioachinus nepos Ioſiæ, qui & Iechonias dicitur. Filius fuit Ioakim, qui annum agebat, 19. *num.* 1. *Ortus Ioachini.*

An. mu. 3422, Octauo Anci Marcij anno Tarquinius cũ familia ex Etruria Romam migrauit, *num.* 2. Iudæi clam idololatria tempore Ioſiæ, *num.* 3. 4. 5. coniurant in Ieremiam, *numero* 6. *Olymp. XXXVII. V. C. 121.*

An. m. 3423, Marcius pugnat contra Latinos & Fidenates, anno regni 9. *num.* 1. 2. 3. in Sabinos quoque pace ſubſecuta, *nu.* 4. Anno autem ſequenti Pharao bellum parat contra Babylonios, *nu.* 1.

A. m. 3425, Ioſias intercludens Pharaoni iter in Chaldæos, occiditur, *Mors Ioſiæ.*

anno regni 31. *num.* 1. *& ſeqq.* Typus Christi fuit, *num.* 15. &c. Ioachaz regnum inuadit, fauore populi, cui permittit idololatriam, *num.* 21. & 22. Reuerſus Pharao regem inſtituit Ioakim, *num.* 24. & Ioachaz abduxit in Ægyptum, vbi & mortuus eſt, 26.

*Ioakim. Olymp. XXXVIII. V.C.125. Azarias Pont.*

Anno mundi 3426, Periander clareſcit. Ioakim qui & Eliacim regnare incipit, & Azarias filius Helciæ gerere Pontificatum, *numero* 3. fit rex Pharaoni vectigalis, *num.* 3. 4. 5. ei mutat nomen tanquam clienti, *nu.* 6. dat ſe impietati, *num.* 7. Occidit Vriam Prophetam, *num.* 8. Ieremias, de vita periclitatur, *num.* 9. *& ſeqq.* Populus in eum furit, *num.* 12. Anno primo Ioakim natus videtur Daniel, *num.* 22.

*Ortus Danielis.*

An. m. 3427, Ioakim aſſumit Ioachinum filium regni ſocium, *num.* 1. ſed pater tyrannicè regnat, *nu.* 2. &c. Ancus rem bene gerit cum Veientibus, *nu.* 7.

*Ioachim deportatur Babylonē.*

An. m. 3428, Nabolaſſar mittit filium in Iudæam, a. tertio Ioakim. Dan. 1. ob initam cum Ægytio ſocietatem, *num.* 8. & moritur, *num.* 4. interea Nabuchod. Ioakimum capit, 11. & proximo anno Babylonem abduxit. *nu.* 12. ſed breui dimiſſus eſt, relictis ibi ob-

obſidibus Daniele, & alijs, *num.* 13. & 14. Rex Ancus Veientes deuicit, Volſcos ſibi fœdere iunxit, *num.* 15. & portum condidit Oſtienſem, *num.* 16.

A. m. 3429, Inchoat hoc anno regnum ſuum magnus Nabuchod. Ioakim redit in Iudæam, Ieremias prædicit captiuitatem 70. annorum, *nu.* 1. Nabuchod. inuadit Ægyptum, *nu.* 27. & victor euadit, *num.* 29. Rechabitæ in vrbem emigrant, 32. 34. *Nabuch. magnus.* *Rechabitæ.*

A. m. 3430, Draco Athenienſibus leges tulit, *num.* 1. Arion à Delphino defertur, in Tænarum Lacedæmonum portum, *ibid.* Baruch legit librum Ieremiæ, quem Ioakim mox combuſſit, *num.* 2. & 10. *Olymp. XXXIX.* *V.C.* 129. *Baruch.*

A. m. 3433, Ioakim pertæſus tributi deficit à Nabuchodon. anno regni ſui 8. Nabuchodo. 5. Spe auxilij ab Ægyptijs, *num.* 1. In hoc tempus cadit Danielis & ſociorum inſtitutio puerilis, *num.* 2. eorum abſtinentia à profanis cibis, *num.* 4. datur Danieli diuinitus ſcientia viſionum, & prophetia, *n.* 7.

A. m. 3434, Ioakimus parat bellum in Chaldæos, quem Deus prædonibus vexat, *nu.* 2. *Olym. XL.* *V.C.* 133.

A. m. 3435, Nabuch. Tyrum obſidere cœpit, & Ieruſalē ſub finē decimi anni Ioakimi, *n.* 1. 2.

*Nabuch. Ioakimum interficit.* An. m. 3436, Ioakimus inchoat annum regni 11. Admittit in vrbem Nabuchod. *num.* 6. qui fallens fidem regem cum flore iuuentutis interficit, *num.* 7. 8. cadauer extra vrbem proiecit, *ibid.* ſubſtituit regno filium eius *Ioachinus.* Ioachinum, *num.* 12. qui à decem annis cum patre regnabat, *ibid.* ſolus regnauit tribus menſibus & decem diebus, patris impietatem ſecutus, *nu.* 13. à Nabuch. exautoratur, *nu.* 21.

---

## Tranſmigratio Ioachini.

Ann. mun. 3436, Eodem ipſo anno Nabuchod. tranſtulit in Babylonem *Sedecias regnat.* Ioachinum cum matre, & decem millibus captiuorum, 4. *Reg.* 24. 10. & *ſeqq. numero* 21. 22. &c. Sedecias eius patruus regno ſufficitur, *nu.* 30, impietati ſeruit, *num.* 32. Viſio Ieremiæ de geminis ficubus, *num.* 35. eiuſdem epi- *Tres Iudæ tranſmigrationes.* ſtola ad tranſmigratos, *num.* 38. & *ſeqq.* captiuitas tranſmigrantium denunciatur 70. annorum, *num.* 43. fuit porro triplex, primi, octaui, & decimi-noni, Nabuchod. ſiue Ioakimi, Ioachini, & Sedeciæ, *num.* 41. & 43. Vaticinium contra improbos ſenes, mox accuſatores Suſannæ, *num.* 46. & *ſeq.*

A. m.

An.mun. 3437, Secundo Tranſmigrationis mittit Ieremias aliam epiſtolam ad tranſmigratos, *num.* 1.& 2. contentio Ieremiæ cum Semeia, *num.* 3.*& ſeqq.*

An. m. 3438. Cadit in hunc annum hiſtoria Suſannæ, de qua, *num.*1.ad 34. Ancus Marcius Rex, 24. regni moritur, 35. *Suſanna.* *Olymp.* XLI.

An. m. 3439, Romæ regnare cœpit L. Tarquinius Priſcus ad annos 38. *nu.*1. Genus eius, *num.* 2. & in vrbem emigratio, 3. auget Senatum & equites, *nu.*4. 5. Sedecias a. 4. regni ſui proficiſcitur Babylonem, *nu.*6. & qua ex cauſa, *num.*8. Ieremias mittit librum legendum in Babylone de eius clade, & in Euphratem demergendum, *num.* 9. *& ſeqq.* Ieremias catenas parat & iuga, quæ mittit ad vicinos populos, in ſignum ſeruitutis, *num.* 13. & 14.&c. nominatim monet Sedeciam, *num.* 16. Hananias Pſeudopropheta confringit iugum, &c. *nu.*23. Ieremias prædicit cladem Ieruſalem, *nu.* 26. *& ſeq.* conijcitur in carcerem à Phaſſur, *num.* 33.& in eum eductus prophetat, *nu.*34.& 35. *V.C.* 137. *Tarquinius Priſcus.* *Ieremias cladẽ prædicit Hieroſol.*

An. mun.3440, Tarquinius contra Latinos feliciter pugnat, *num.* 1. cadit in hũc annum prima viſio Ezechielis, *Ezechiel Propheta.*

*num.* 2. *& ſeqq.* ex Villalpando. Obſi-dionem ciuitatis repræſentat, *n.* 16. 6. & 7. denunciat imminentem deſo-lationem, *n.* 18.

An. m. 3441, Tarquinius rem bene gerit contra Sabinos, *nu.* 1. Ezechiel in ſpiritu rapitur Hieroſolymam, *num.* 1. *& ſeqq.* quæ viderit in templo, *num.* 5. *& ſeqq.* præmonſtratur cædes & in-cendium exceptis cruce ſignatis, *num.* 9. 10. cap. 12. repræſentatur fuga regis & comprehenſio vrbe capta, *num.* 13. miſera conditio omnium filiorum Io-ſiæ, *n.* 21.

Olymp. XLII. V. C. 141. An. mun. 3442. Tarquinius Priſcus contra Sabinos pugnauit, & eos ad 6. annorum inducias petendas compu-lit, *nu.* 2. Hoc Tranſmigrationis anno ſeptimo multa prophetat Ezechiel, de Hieroſolymitanorum hypocriſi, *nu.* 4. & deflagratione, 5. de ſortitione Nabuchod. per ſagittas, *n.* 6. inuehitur in Sedeciam, 7. edit vaticinium con-tra Ammonitas, & Ieroſolymitas, 8. 9. 10.

An. mu. 3443. Sabini bellum contra Romanos inceptant, Fidenas occu-pant, *n.* 1. Ieremias contra Sedeciam, & vxorem eius vaticinatur, *num.* 2. *& ſeqq.* & minatur tranſmigrationem perfectam, id eſt, deſolationem, *num.*

*num.* 3. 4. Nihilominus Sedecias deficit à Chaldæis, & ſe Ægyptijs, alijſque populis iungit, *nu.* 6. multum reclamante Ezechiele, *n.* 7. 8. 9.

*Anaximander.*

An. m. 3444, Ortus Anaximandri Mileſij, *n.* 1. Tarquinius contra Veios bene rem geſſit, partem tamen ſui exercitus, cui Egerius eius cognatus præerat, Etruſci deleuerunt, *numero* 2.

*Ludi Circenſes.*

Tarquinius Ludos Circenſes inſtituit, *n.* 3.

*Obſidetur Hieruſal.*

Nabuchodonoſor intellecta defectione Iudæorum, cum maximis copijs in Iudæam venit, *nu.* 4. capit vrbes eius, *n.* 5. obſidet Ieruſalem, *n.* 6. Ægyptij ferunt opem Sedeciæ, *num.* 8. quibus occurrunt Chaldæi obſidione ſoluta, *ibid.* Ieremias nunciat redituros Chaldæos, *num.* 10. 11. inde abiens Propheta in patriam captus cæditur, *num.* 15. &c. Chaldæus victis Ægyptijs renouat obſidionem, *numero* 21. idque anno Sedeciæ 9. menſe 10. die 10.

An. mun. 3445, Tarquinius feliciter rem gerit contra Veios, Fidenas vi recipit, &c. *n.* 1.

*Fame, peſte, &c. affligitur.*

Hoc decimo Sedeciæ & Tranſmigrationis anno Ieruſalem obſeſſa fame & peſte laborat, *num.* 2. 3. & ſiti,

*num.* 4. funerum neglectus præ copia eorum, *num.* 5. à beſtijs vexatur, *num.* 7. & pauore, 7. 8. Sedecias conſulit Ieremiam, qui ei extrema denunciat, *num.* 10. 11. & populo deditionem ſuadet *num.* 12. Ieremias à Deo iubetur agrum emere in Anatot, in ſpem reditus ab imminente deſolatione, *nu.* 16. 17. Vaticinatur Chriſtiana tempora, & ſpiritales Iſraëlitas, *num.* 19. *& ſeqq.* Ezechiel contra Ægyptios prophetat, 23.

*Olymp.* XLIII. *V.C.* 145. *Ieremias in puteum deijcitur.*

An. m. 3446, Præualet fames, cæteraque mala in ciuitate, hoc 11. & poſtremo anno Sedeciæ, *num.* 3. *& ſeqq.* Ieremias in puteum cœnoſum deijcitur, rogatu principum, *num.* 11. *& ſeqq.* inde extrahitur, *numero* 15. & 16. & reſtituitur veſtibulo carceris, *num.* 17. ſuadet regi deditionem, 20. rex timet illudi, 21. Ieremias factus Nabuchodonoſori charus, ob huiuſmodi ſuaſiones, *num.* 24. Ezechiel hoc ipſo tempore contra Tyrum prophetat, *nu.* 25. &c. Arca fœderis, altare incenſi, & alia cladi erepta, *n.* 28. 29. Modus captæ vrbis, Chaldæis ingreſſis per portã piſcium, *nu.* 35. Sedecias cum ſuis fugit, 36. & 39. & ab hoſte perſequente comprehenditur, *n.* 40. Vrbs

*Quæ ſacra cladi erepta.*

ho-

hoſtili furori ſubiacet, *numer.* 1. Rex ad Chaldæum abducitur; quem obiurgatum, occiſis eius filijs, excæcat, *n.* 46. & catenis vincit, *n.* 47.

*Vrbs capitur, & mox Sedecias rex.*

---

## *Deſolatio ſeptuagenaria regni Iuda.*

An. mundi 3447. cadit in hunc annum ruina & deflagratio vrbis, atque templi, deportatio captiuorum, Ieremiæ lamentatio, collectio Iudæorum & fuga, & Tyri calamitas, *nu.* 1. Nabuzardan miſſu Nabuchodonoſoris venit Ieruſalem, 10. die menſis quinti, cum mandatis, vt vrbem, cædibus & rapinis deformatam, à fundamentis erueret, templum & regiam ſpoliatam incenderet, populum Babylonem traduceret, *n.* 6. Muri euerſi, *n.* 7. templũ, *nu.* 8. libri ſacri non perierunt eo tempore, *n.* 10. ad 22. captiui alij deportati, alij qui latuerant occiſi, *n.* 23. 24. relicti pauperes ſub cura Godoliæ, 25. cum eo manet Ieremias, permiſſu Nabuzardan, *nu.* 26. &c. Ieremias ſcribit Babylonem ad ſuos qui dudum tranſmigrarant, *nu.* 31. Captiui noui abducuntur, in quibus Rex Sedecias in cauea, eique filiæ ereptæ, *nu.* 34. abducitur & Ioſedec filius Saraiæ Pontificis, *n.* 36.

*Clades Ieruſalẽ, & Templi.*

*Libri ſacri num tunc perierint.*

*Godolias*

*n.*36. Ieremias Arcam abſcondit, *n.*38. & tabernaculum, *num.* 40. tum deplorat euerſam vrbem, *n.* 41. 42. Venit ad Godoliam, *numer.* 45. veniunt & alij primarij viri, 46. & 48. Iſmael molitur Godoliæ necem, *numer.* 49. eamque infert, 53. & mox 80. viris innoxijs, *num.* 55. 56. dum prædam & captiuos in Ammonitas transfert Iohanan filius Caree, ei prædam eripit, *numer.* 57. & 60. Iohanan fugam in AEgyptum cogitat. 61. Eoque, Deo & Ieremia repugnante, proficiſcitur, *numer.* 62. ad 67. Abducto ſecum Ieremia, qui cladem AEgyptiorum à Chaldæis prædicit, 68. 69. Nunciatur Ezechieli ciuitatis clades, *n.* 70. Nabuchod. Tyro potitur & Sidone, *n.* 74. *& ſeqq.*

*Iſmaëlis facinora.*

*Iohanan.*

*Ieremias in Ægyptum.*

*Tyri clades.*

Anno mundi 3448. Iudæi in Ægyptum profugi pergunt impiè viuere, *numer.* 2. quos arguit Ieremias, *numer.* 5. *& ſeqq.* qui tamen peruicaciter obdurantur, *num.* 10. &c. & moleſtum monitorem lapidibus obruunt, *n.* 16. *& ſeqq.* Ieremiæ cum Chriſto ſimilitudo, *n.* 19. ad 35. Epitaphium Prophetæ, *n.* 35. & 36.

*Ieremias occiditur à ſuis.*

Anno mundi 3449. Mortuo in Ægypto, ſepultoque Ieremia, Baruch Babylonem profecturus, ruinas vrbis & tem-

*Baruch.*

& templi reuiſit, *n.* 2. Ibi iam collecti aliqui cum Ioachimo Sacerdote, *ibid.* vbi & ſacrificabant, *n.* 3. Moritur Sedecias hoc, vel proximo anno, *numer.* 6. *& ſeqq.* honorifice ſepelitur, *n.* 10. videri poteſt non perijſſe, *ibid.* *Mors Sedeciæ.*

Anno mundi 3450. Nabuchodonoſor bellicam expeditionem parat, *num.* 11. Vaſa Hieroſolimitana ſuis dijs conſecrat, populo in Babylonia ſedes attribuit, & Pontificem vinculis exemit, *ibid.* *Olymp. XLIV. V.C. 149.*

Anno mundi 3451. Maximas victorias obtinuit Nabuchodonoſor, hoc anno 23. regni ſui, *n.* 1. Primum de Ægyptijs, *numer.* 3. *& ſeqq.* vnde Iudæorum quiſquilias mittit Babylonem, *n.* 11. & 12. ſecundo de Æthiopibus, *n.* 13. de Auſitide, *numer.* 14. de Philiſthæis, *numero* 15. 16. de Idumæis, 17. 18. de Moabitis, *num.* 19. de Ammonitis, 21. 22. de Tyrijs & Sidonijs, *num.* 23. de Arabibus, 24. Damaſcenis, 27. Agarenis, 28. indèque Babylonem ad hyberna conceſſit, 30. Hoc ipſo anno 5. deſolationis lectus eſt Babylone Baruchi liber, *n.* 31. *& ſeqq.* quo populus ad lachrymas, & eleemoſynas excitatus eſt, *n.* 36. *Nabuch. victoria.*

Hoc anno V. C. 150. poſtremum geſtum eſt à Tarquinio prælium

cum

cum Etruſcis, *n.* 41. qui pacem petunt, & impetrant, 42, & principatum cum inſignibus ad eum deferunt, 43. 44.

*Imperium Nabuch.* A. m. 3452, hic annus 24. regni Nabuchodonoſor eſt 1. Imperij eius, *n.* 1. domat Elamitas ſiue Perſas, *num.* 2. & Medos, *n.* 3, alioſque aquilonares, *n.* 4. & nominatim Niniuem, *n.* 5. & 6, &c. ad 15, magnitudo Imperij Nabuch. *ibi.*

Tarquinius pugnat contra Sabinos, *nu.* 16, eoſque ope ſui equitatus vincit, *n.* 17.

*Iudæorum pietas in Chaldæa.* Iudæi Babylonici mittunt in Iudæam pecunias ad ſacrificia, *nu.* 36. & redimunt quædam vaſa ſacra, *n.* 37, & literas quibus monent orari pro Rege, & eius familia, 38. libelli eius ſumma capita, *n.* 40.

An. m. 3453, in Italia bellum renouatur à Sabinis, renouatur & clades, & iactura totius bellici apparatus, *n.* 1.

*Statua Nabuch.* Nabuchodonoſor anno 2. Imperij ſui videt ſtatuam in ſomnis multis metallis conflatam, Danielis 2. explicatur ſomnium, *n.* 5. *& ſeqq.* ad 20. *Danielis gloria.* Nabuchodonoſor Danielem adorat ipſo regnante, *nu.* 22. & 23, eum nihilominus in ſublime extulit, & muneribus affecit, *ibid.*

*Olym. XLV. V. C. 153. Maſſilia.* An. m. 3454, hac Olympiade putatur condita Maſſilia à Phocæenſibus

Aſiæ populis, *n.* 2. & 3. hoc anno naſcitur Darius Medus, qui Balthaſari ſucceſſit, *n.* 4. annis 62. ante ſolutam captiuitatem. Fuit filius Aſtyagis, & auunculus Cyri, quippe filij Mandanes, ſororis Darij huius, *n.* 7. 8. — *conditus. Ortus Darij Medi.*

An. m. 3456. hoc circiter 28. Nabuch. qui & Imperij eius, 5. erecta videtur ſtatua aurea, in qua ipſe adoraretur, *n.* 1. 2. 3, &c. eius magnitudo 60. cubitorum, ex auro non ſolido, *n.* 5. *& ſeqq.* iubentur omnes eam adorare, *n.* 8. ſocij Danielis recuſantes mittuntur in fornacem, *num.* 13. 14. ibi incolumes Deum laudant, *nu.* 17. Angelus in fornace apparet, *n.* 21. &c. educuntur ex ea, *num.* 24. Nabuchod. non plane ad Deum conuerſus, *n.* 25. *& ſeqq.* — *Aurea ſtatua Nabuchod. Pueri in fornace.*

A. m. 3458. huius Olympiadis initio Athenis peſte laborantibus, Epimenides Creta accitus ciuitatem ſacrificijs expiauit, & amicitiam cum Solone contraxit, *n.* 1. — *Olymp. XLVI. V. C. 157. Epimenides.*

Hoc fere anno bella contra Sabinos finita ſunt, *num.* 2. 3. 4. deditione facta Tarquinio, cuius habes formulam, *num.* 4.

An. m. 3459. regnare cœpit Aſtyages, Cyri ortus atque initia, *n.* 2. morti ab auo adductus, ſeruatur, *n.* 3. 4. Tarquinius mœnibus Vrbem cingit, *nu.* 5. & conſtruit cloacas, *n.* 6. — *Aſtyages. Cyri ortus.*

A. m.

An. m. 3460. qui eſt 25. Tranſmigrationis, & Deſolationis 14. oſtenſum eſt Ezechieli templum, *numer.* 1. quod videtur idem cum Salomonico, *n.* 5.

*Ezechielis templum.* *Solon.* Solon Legiſlator floret hoc tempore, *num.* 7. leges condit, *n.* 8. leges Draconis abrogat, *n.* 11. Geminum ſenatum quaſi duas Reip. anchoras *Salathiel.* conſtituit, *n.* 12. ſequenti anno Salathiel Babylone naſcitur, anno Ioachini patris 44.

*Olymp.* XLVII. V. C. 161. Anno mundi 3462. Dominus mercedem ſpondet Ægyptio, propter expeditionem contra Tyrum, *n.* 1. eique Ægyptum iterum vaſtandam præbet, *n.* 5.

*Cædes Ezechielis.* Sub hoc tempus Ezechiel Babylone à ſuis idola colentibus occiditur, *n.* 8. & 16. Typus Chriſti fuit, *n.* 17. Hac Olympiade Anacharſis Scytha Solonem adijt, *n.* 18.

Anno mundi 3463. Nabuch. 35. contigit viſio per ſomnium mirabilis arboris, *n.* 1. quæ à Daniele explicata eſt, *n.* 2. *& ſeqq.* præſertim, *n.* 11. Daniel ſuadet regi, vt peccata ſua eleemoſynis redimat, *n.* 12. id conſilium videtur ſecutus Nabuchodonoſor, *numer.* 13. 14. &c.

An. m. 3464. qui fuit regni Nabuchod.

chod. 36. & imperij 13. Hoc primùm, inquam anno dum Nabuchod. gloriatur in contemplatione Babylonis, eius phantaſia ita perturbatur, vt ſe in beſtiam conuerſum putaret, *numer.* 11. & 15. dumque furit, dimittitur foras, & cum beſtijs verſatur, *n.* 19. & 21. *Nabuch. furit.*

Anno mundi 3466. Tertius eſt hic annus ferinæ vitæ Nabuchod. Dum Euilmerodach, eius filius regit imperium, *n.* 1. *Olymp. XLVIII. V. C. 165.*

Anno mundi 3470. Hic eſt ſeptimus & vltimus annus ferinæ vitæ Nabuchod. eiuſdemque regni 42. & imperij 19. *Olym. XLIX. V. C. 169.*

A. m. 3471. Nabuchod. ſanitati reſtituitur, regnumque recuperat, *n.* 2. 3. maxime annitente Daniele, *n.* 6. gratias agit Deo, *n.* 4. *Nabuch. ſanitati & regno redditur.*

A. m. 3472. Nabuchodonoſor anno regni vlt. 44. curat ſcribi hanc hiſtoriam, *n.* 3. moxque moritur *n.* 3. Videri ſaluum eſſe ex S. Aug. alijſque multis, *n.* 4. 5. 6. &c. Contraria ſententia, *num.* 11. refutatur, *numer.* 13. &c. Eius ſucceſſor Euilmerodach, *n.* 27. ad 23. annos, *num.* 30. regnare cœpit 37. Tranſmigrationis, & eduxit è carcere Ioachinum, *n.* 31. 32. &c. ex communi carcere orta putatur amicitia *n.* 35. *& moritur. Salus eiuſdem. Euilmerodach.*

A. m.

*Danielis geſta.* *Belis Sacerdotes.* A m. 3473, Daniel Euilmerodacho charus, *n* 8. detegit fraudem Sacerdotum Belis, *n.* 14. 15. Draconem diſrumpit, *n.* 19. excitatur in regem ſeditio, *n.* 20. Daniel in foueam leonum deijcitur, *n.* 21. quem ibi Dominus paſcit per Habacuc, *n.* 22. Rex luget Danielem, ſed repertum viuum extrahit, & eius hoſtes in eandem caueam deijcit, *nu.* 26. Tumultus Romæ excitatur contra Regem Tarquinium, artibus filiorum Anci Martij, *n.* 27. & 28.

*Olymp.* L. *V.C.* 173. *Sapientes Græcia ſeptem.* An. m. 3474, Hoc maxime Olympiade 7. Sapientes in Græcia florent, *n.* 1. mutuus eorum amor & modeſtia, *n.* 2. & 3.

A. m. 3476, Moritur Ioachinus Babylone, an. ætatis 59. *nu.* 4. Tarquinius templum Capitolinum molitur, *nu.* 5. moritur anno ætatis 80. regni 38. cædis modus per fictam paſtorum rixam, & authores, *n.* 7.

*Ser. Tullius rex.* An. mun. 3477, Seruius Tullius gener Tarquinij ei ſuccedit in regnum, *n.* 5. *& ſeqq.* initia regni eius, *n.* 7.

*Olymp.* LI. *V.C.* 177. A. m 3478, Salathiel Iechoniæ filius Euilmerodacho charus, 1. Romæ bella cum Etruſcis renouantur, *nu.* 2. durantque ad 20. annos.

*Olym.* LII. *V.C.* 181. A. m. 3482, Anacreon Poëta, & Phalaris hoc tempore celebrantur, ſicut & Sap-

Sappho, *n.* 1. Phalaris Perillum in æneâ butula combuſſit. Eiuſdem indulgentia in Charitonem & Menalippum, *num.* 3. *Phalaris. Anacreon. Sappho.*

A. m. 3483, Rex Seruius primum triumphat de Etruſcis, *num.* 1. ornat & auget ciuitatem duobus montibus, *n.* 2. conſtituit 30. tribus, in quibus vrbanæ quatuor, *n* 3. Sequenti anno moritur Pittacus Mitylenæus, *n.* 1. & ſeneſcente Chilone floret Æſopus fabulator, *n.* 2. *Æſopus. Oly.* LIII. *V. C.* 185.

An. m. 3486, Athenæ ſeditione tripertito diſtractæ, *n.* 1.

An. mu. 3487, Pugnat cum Etruſcis Rex Seruius, deque ijs triumphat, *n.* 1. Ab eo inſtitutus eſt cenſus, *nu.* 2. & pro eius modo inſtitutæ 6. claſſes *nu.* 3. *& ſeqq.* prima claſſis habuit 98. centurias. Secunda 22. cum opificibus. Tertia 20. Quarta 20. cũ tubicinibus. Quinta 30 Sexta, quæ erat egenorum, vnicam. Primum Romæ luſtrum, *n.* 8. *Claſſes Rom.*

An. mun. 3488, Piſiſtrati tyrannis, eiuſque occupatæ ratio, *n.* 1. Solon ei reſiſtit, ſed fruſtra, *n.* 2. bis peregrè abijt, *n.* 4. ad firmandas leges, & odium tyrannidi conflandum, *ibid.* ſequenti anno obijt in Cypro, octogenarius, *num.* 1. *Piſiſtratus. Solon eiuſque mors.*

A. mun. 3490, Huc pertinet Ibycus *Olym.* LIV. *V. C.* 189.

Poe-

*Olymp.* Poëta Lyricus, & Æſopi mors, *n.*
LIV. *V. C.* Abaris regiones peruolat ſagitta cele-
189. rius, dæmone vectus equo, *ibid.*
*Abaris.* A. m. 3491. Piſiſtratus quarto ſuæ
*Ibycus.* tyrannidis anno Athenis eijcitur, & in
*Piſiſtrati* Eretriam Eubœæ ſecedit, *n.* 1.
*exilium.* Anno mundi 3493. Aſtyages regna-
*Aſtyages.* re deſijt, per Harpagi artes, qui Cy-
rum euocat, *n.* 1. & 2. Cyrus Perſas ab-
ducit à Medis, & in Aſtyagem mouet,
*n.* 3. qui victus capitur à Cyro, & vi-
uus ſeruatur, *n.* 4. relicto ei regis no-
mine, & regno Medorum Dario Me-
do, *n.* 5.

*Cyrus.* A. m. 3494. Euilmerodach mori-
*Olym.* LV. tur anno regni 23. Cyrus apud Perſas
*V.C.* 193. regnare cœpit, *n.* 1. 2. initia regni &
*Darius* imperij eius diuerſa, *num.* 3. 4. *& ſeqq.*
*Medus.* Darius Medus ſiue Cyaxares in Me-
dia, Cyri permiſſu regnat, *n.* 10.

*Balthazar.* A. m. 3495. Balthazar regnare inci-
pit vſque ad finem deſolationis, ad an-
nos 22. *num.* 1. Huc pertinet viſio Da-
nielis de 4. ventis, totidemque be-
ſtijs, *num.* 2. *& ſeqq.* quæ ſunt imperia
Babyloniorum, Perſarum, Græco-
rum, & Romanorum, *n.* 5. 6. 7. &c.

A. m. 3496. Daniel ab aula Baltha-
zaris abijſſe dicitur, *n.* 1. Piſiſtratus re-
cipit tyrannidem, *numer.* 2. Crœſus à
*Crœſus.* Cyro inualeſcente ſibi timet, & ab
oracu-

oculis decipitur, *n.* 3. Vigeſimo anno Seruij pax Etruſcis data, *n.* 4.

Anno mundi 3497. qui eſt tertius Balthazaris, Daniel viſionem habet de euerſione Imperij Perſarum, & impietate ac crudelitate Antiochi Epiphanis, *n.* 1. & c. 10. 11. duratio illatæ ab eo cladis, *n.* 16. *Vaticiniū Danielis.*

A. m. 3498. Steſichorus mortuus putatur, ortus autem Zorobabel, *n.* 1. anni ſeq. *Olymp.* LVI. *V.C.* 197.

A. m. 3500. Agitur hoc anno mundanus Iubilæus 70. & Sabbaticus 131. *n.* 1. *Zerobabel.*

A. m. 3501. Secundus annus Secularis Romæ, *n.* 1. Tertium Seruij luſtrum, *n.* 2. An fortunatus dici debeat, *n.* 3. Piſiſtratus iterum exulat ſoceri factionē, *n.* 4.

A. m. 3502. Floret Simonides Poëta Lyricus, *n.* 1. Crœſi in Perſas expeditio, *n.* 2. 3. 4. *Simonides* *Olymp.* LVII.

A. m. 3506. Crœſus Halin ſuperat, pugnatque contra Cyrum incerta victoria, *n.* 3. Alia pugna Cyrus victor euadit, Sardeis 14. die expugnat, *n.* 5. Crœſus in Cyri poteſtatem venit, *ibid.* eripitur incendio, *n.* 7. fit Cyro à conſilijs, *num.* 8. Theognis Poëta floret, Anaximander Thaletis auditor moritur, *n.* 9. *V.C.* 201. *Olymp.* LVIII. *V.C.* 205. *Crœſus à Cyro vincitur.* *Theognis.*

A. m.

*Olym.* LIX. *V.C.* 209.

An. m. 3510, Crœſus moritur. Phe-recides Syrus Pythagoræ præceptor innoteſcit, *nu.* 2. Cyrus magnam Aſiæ partem occupat, *n.* 3. per ducẽ Harpagum, dum ipſe ſuperiorem adit Aſiam, *n.* 4. eiuſdem felicitas bellica, *nu.* 5. Piſiſtratus tertio tyrannidem occupat, *n.* 6.

*Olym.* LX. *V.C.* 213. *Pythagoras.*

An. mun. 3514, Hoc anno Sabbatico 133. moritur Habacuc, *n,* 1. Xenophanes & Pythagoras florent, *n.* 2. Inchoata eſt hoc anno Cyri expeditio in Babylonem, *nu.* 3. & 7. Gyndem fluuium in riuulos diſſecat, *n.* 8. Romæ L. Tarquinius regnum ambit, *n.* 9.

*Obſidio Babylonis à Cyro.*

An. mun. 3515, Cyrus prælio victos Babylonios in vrbe oppugnat, *nu.* 3. 4. locum parat deriuando fluuio, *num.* 5. Multi Iudæorum transfugiunt ad Cyrum, *n.* 6. Cyri votum pro Iudæis, *ibid.*

Tarquinij & Tulliæ molitiones in regem, *num.* 7. inceſtæ nuptiæ ab ijs celebrantur, *n.* 8. 9. &c.

*Finis Deſolationis.*

A. m. 3516, Hic eſt 70. & vlt. Deſolationis annus, vltimus item Quintæ ætatis, quę eſt 577. annorum. Vltimus quoque Balthazaris, &c. *n.* 1. Babylonis magnificentia, *nu.* 3. *&* *ſeqq.* Ratio occupatæ vrbis, patre Euphratis in lacum ingentem deriuata, *n.* 19. per fluuium vadoſum Chaldæus vrbem inua-

*Babylonis magnificentia.*

ua-

uadit, 20.21. dum agitantur die feſto conuiuia, 24. Balthazaris conuiuium, & ſcriptio contra parietem, &c. *numero* 26. *& ſeqq.* Eam Daniel interpretatur, *num.* 35.36. &c. Occupatur eadem nocte Babylon, *num.* 38. Rex occiditur, *num.* 41. Vrbs repletur cædibus & rapinis, *nu.* 44.45.46. Seruius captiuorum, *num.* 49. Daniel Dario à Cyro datur, *nu.* 50. euerſio murorum vrbis, *num.* 51. eius ſolitudo, *num.* 54. &c. Daniel adit Medos cum Dario, *num.* 59. præficitur 40. Satrapijs, cum inuidia collegarum, *num.* 60. qui à rege extorquens, vt violata lege in lacum leonũ mittatur, *nu.* 68. Inde incolumis educitur, *n.* 72. & 73. Darius euulgat miraculum, *num.* 76. &c. Rex ad Deum cõuertitur, *num.* 78. Huc pertinent 70. hebdomadæ Danielis, *n* 88. *& ſeq.* earum explicatio accuratior, *n.* 90.91.92. 93. Romæ Aruntius Tarquinius occiditur, vxoris opera, *numero* 96.

> *Eadem capitur.*
>
> *Balthazaris cædes.*
>
> *Daniel cũ Dario in Media.*
>
> 70. *Danielis hebdomadæ.*

---

## Sexta mundi Ætas, quæ eſt Principum & Sacerdotum Hebræorum, annorum 536.

*Imperium Perſarum.*

ANnus mundi 3517. Imperium Perſarum à Cyro inchoatur, *n.* 3. & ſo-

> *Solutio captiuitatis.*

& ſolutio Iudaicæ captiuitatis, quis eius modus, *n.* 4. agnito Eſaiæ de ſe vaticinio, *num.* 5. Decretum Cyri, *num.* 8. & 11. de templo ædificando, ad quod ſumptus ſuppeditat, & ciuitate, *num.* 12. 13. 14. Cyrus reddit vaſa ſacra; Iudæi profectionem parant, *n.* 15. Reſtituitur Dei cultus Hieroſolymis ab initio Septembris, *n.* 21. Paratur ædificatio templi, *nu.* 22. Quis ſtatus Iudæorum hoc tempore, *n.* 23. *& ſeq.* Ioſue fit Pontifex, *n.* 27.

*Zorobabel dux Iud.*

*Ioſue Pont.*

*Oly.* LXI. *V.C.* 217. *Templi noui fundatio.*

Ann. mun. 3518. Prima templi fundatio poſt captiuitatem, *nu.* 1. Hoſtes Iudæorum offerunt ſe ad ædificandũ, *n.* 5. ſed repelluntur à Iudæis, nec immerito, *num.* 6. ideoque moliuntur impedire fabricam, *n.* 7. opera Satraparum Cyri, *n.* 8.

An. m. 3519. Anno Cyri tertio contigit poſtrema viſio Danielis, *nu.* 1. In ea Daniel docetur à Gabriele de aliquot regibus, tam Perſarum, quam Græcorum *n.* 5. 6.

Tarquinius Seruium Tullium ambitioſe turbat, ſed irrito conatu, *num.* 7. & 8.

*Seruij Tullij mors.*

An. mu. 3520. Lydi rebellant contra Cyrum, & iteratò victi, ad ludicras artes dimittuntur, *nu.* 2. Crœſi conſilio, *ibidem.* Tarquinius autem Seruiũ

Tullium tollit malis artibus, cum impia filia, quæ carpento patris cadauer contrucidat, *n.* 6.7.

An. m. 3521. Tarquinius Superbus regnum capeſſit, *n* 1, & tyrannicè imperat, *n.* 2. anno Sabbatico 134. itemq; ſequenti, *n.* 3.4. *Tarquinius Sup.*

An. mun. 3521. Cyrus expeditionem parat in Scythas, *num.* 1. Cui propterea non licuit prouidere Iudæorum querelis, *n.* 2. Tarquinij regis in familiam Iuniam crudelitas, *num.* 4. L. Iunius Burtus ſtultitiam ſimulat, *ibid.* Milonis Crotoniatæ vires, *n.* 5. *Olymp. LXII. V.C. 221.*

Ann. m. 3523. Cyrus anno imperij 7. moritur, cum prius tres & 20. regnaſſet annos, *n.* 1. Traijcit Araxem, & Maſſagetas petit, *n.* 2. eoſque primum dolo vincit, moxque à Tomyri regina victus occumbit, quæ mortuo inſultat, *nu.* 3. Cyri ſepulchrum & epitaphium, *n.* 45. vixit 70. annis, regnauit 30. vt ait Cicero, *num.* 7. Tarquinius regnum firmat affinitate Latinorum, Turno per calumniam occiſo, *n.* 8.9. *Milo Croton.*

An. m. 3524. Cambyſes Cyro ſuccedit, *n.* 1. dicitur Aſſuerus ab Hebræis, & Artaxerxes, *ibid.* Ad eum hoſtes Iudæorum ſcribunt, *n.* 4. qui Hieroſolymam ædificari vetat, *num.* 6.7. Parat *Cambyſes.*

expeditionem in Ægyptum, *num.* 8. 9. Tarquinius pugnat contra Sabinos, magnamq; inde abducit prædam, *numero* 10.

*Capitoliũ.* A. mun. 3525. Tarquinius Sabinos concidit, *num.* 3. & initium dat Capitolio, *num.* 4. iuxta votum Tarquinij Priſci, *ibid.*

*Olymp.* LXIII. *V.C.* 225. A. m. 3526. Amaſis rex Ægypti moritur, *num.* 1. Cambyſes in Ægptum per Arabiæ deſerta proficiſcitur, *num.* 2. 3. 4. Tarquinius in Volſcos rem gerit, triumphatque de victis, *n.* 5. *Anaximenes.* Anaximenes ſucceſſor Anaximandri floret hoc tempore, *num.* 6.

*Campyſes in Ægypto.* An. mu. 3527. Habet hic annus inchoatam Cambyſis de Ægypto victoriam, *num.* 1 Ægyptiorum crudelitas, *num.* 1. & 2. *Pſammenites.* Pſammenitis regis animi motus in domeſticis, & externis malis 3. & 4. Cambyſis in cadauer Amaſis inhumanitas, *num.* 5. Tarquinius bellũ inchoat contra Sabinos, *num.* 6.

An. m. 3528. Cambyſes tres affectat expeditiones, contra Carthaginenſes, quæ fuit irrita Phœnicibus bellum detrectantibus, *nu.* 2. contra Ammonios & Æthiopes, *ibid.* Legatos mittit ad Æthiopes, *num.* 3. à quibus contemptus in eos progreditur temere, *num.* 5 Ammonios diripi iubet, & oraculum

lum incendi, *ibid.* fame coactus retrocedit Memphim, vbi multos necat, ratus eos de ſua clade lætari, Deumq; Apim necat, templaque diruit, *num.6.* Exercitus ad Ammonios miſſus, arenarum molibus obrutus perit, *num.7.*

A.m. 3529. & 30. Cambyſes ratus fratrem occupaturum regnum Perſarum, eum à Prexaſpe interfici curat, *num.1.* Sororem ducit vxorem, *nu. 2.* quam mox interimit, *num.3.* ſicut & filium Prexaſpis monitores ſui, *num.4.* aliaque multa edit facinora, *n.6.7.* *Olymp. LXIV. V.C. 228. & 229. Cambyſis facinora.*

Interim Romani cum Gabinis pugnant, *numero 7.* Iudæi ceſſant ab ædificatione, *ibid.*

Anno m. 3531. Cambyſes intra quintum menſem octaui anni regni ſui extinguitur, *num.1.5.* & 6. proprio gladio vulneratus, *num. 2.* ei ſuccedit Smerdes Magus, *num. 7.* fratri Cambyſis nomine & vultu ſimilis, *nu. 1.* putatur verus Smerdes, *num.7.* is Imperium ſtabilire conatur, *num.8.* fames in Iudæa, *nu.11.* *& mors. Smerdes.*

Anno mundi 3532. Magi impoſtura patefit, *num. 1.* & *2.* Septem Principes Perſarum in eum coniurant, *num. 3.* Smerdem occidunt, *num.5.* Darius Hiſtaſpis fit rex, *num.7.* eius votum pro Iudæis, *num.8.* Zorobabel ad Darium *Darius Hyſtaſpis.*

proficiſcitur, *nu.* 13. amicus Darij erat, *ibid.*

*Diſputatio trium Iudaorum.* An. mun. 3533. Darius anno 2. regni ſui conuiuium celebrat, *n.* 1. 2. Trium virorum diſputatio, *n.* 5. pro vini præſtantia, *n.* 8. Regum, *n.* 10. &c. Mulierum, *n.* 14. Veritatis, *n.* 19. quæ fuit Zorobabelis aſſertio, cui & victoria tribuitur, *n.* 20. Darius dat ei optionem, is petit inſtaurari Ieruſalem; ex voto, *n.* 21. Darius multipliciter gratificatur Iudæis, *n.* 23. 24. 25. 26. Reditus Zorobabelis in Babylonem, 28. & inde in Iudæam, ad ædificandum vrbem & templum *n.* 29. De quo Aggæus prophetat, *nu.* 30. 31. Iudæi opus redintegrant, *ibid.* Præfecti Darij regem monent, 34. & 38. Aggæus prædicit ſecundi templi gloriam, *n.* 35. Babylonij à Dario deficiunt, *n.* 46. ab eoque obſidentur, *n.* 47.

*Eius decretũ pro Iudæis.*

*Babylon deficit.*

Romæ finitur bellum Gabinum, per fraudem Tarquiniorum, *n.* 48. & 49. &c.

*Oly. LXV. V.C. 233.* Anno mun. 3534. Reſcriptum Darij pro Iudæis, *nu.* 1. 4. & 5. cum Cyri priſtino decreto, *nu.* 2. 3. Babylon vigeſimo menſe fraude Zopyri in Darij poteſtatem venit, *n.* 8. *& ſeq.* Pindari ortus. *n.* 14.

*Expugnatur.*

*Danielis mors.* Anno mundi 3535. Moritur Daniel

110.annos natus, *num.* 1. eius turris & ſepulchrum, *num.* 3. & 4. fuit Chriſti figura, *num.* 5. *& ſeqq.* Darij ad bellum Scythicum apparatus, *n.* 14.

An.m. 3536. Darij Scythica expeditio, *n.* 1. Boſphorum Thracium ponte conſternit, *n.* 2. & Danubium. Scythas ſe ſubducentes ſequitur, *nu.* 3. eorum munera hieroglyphica auis, mus, rana, & quinque ſagittæ, *numero* 4. Pontem Iſtri ſolui curant. Perſæ retrocedunt, Darius redit in Aſiam. opera Hiſtiæi Mileſij, relicto in Europa Megabyzo Perſa, cum copijs, *num.* 6. Interea Iudæi diligenter ædificant, *n.* 8. *Darius Hyſt. in Scythas.*

A.m. 3537. Templum Zorobabelis abſoluitur ſexto anno Darij, *num.* 1. Dedicatio noui templi, *num.* 2. qui dicatur 46. annis excitatum, *n.* 6. Megabyzus Dario Thraces, &c. ſubigit, *nu.* 10. Darius permittit Hiſtiæo vrbem prope Helleſpontum condere, *n.* 11. *Templū Zorobabelis.* *Hiſtiaus.*

A. m. 3538. Iudæi Paſcha celebrant, *num.* 1. à Perſis humaniter tractantur, *num.* 3. Megabyzus regem ab Hiſtiæo auertit, *num.* 4. qui mox generum Ariſtagoram ad defectionem adducit, & Græcos ad bellum contra Perſas mouet, *numero* 6. *Origo belli Perſarū in Græcos. Oly. LXVI. V.C. 237.*

A.m. 3539. Ariſtagoras perſuadet Athenienſibus bellum Perſicum, *num.* 1. & 2. *Athenienſes Perſas inuadunt.*

& 2. qui auxilio veniunt Ionibus contra Dariũ, & cum eis Sardeis capiunt, & incendunt, *num.* 2. Darius vltionem cogitans imprudentes Hiſtiæum à ſe dimittit, *n.* 3.

An. m. 3540. Iones in Perſas hoſtiliter agere pergunt, & alios ad defectionem adducunt, & vincuntur à Perſis, *n.* 5.

*Olymp.* LXVII. *V. C.* 241. An. m. 3542. Hoc anno qui fuit Sabbaticus 137. & præcedenti Perſæ contra Cares & Mileſios non incruenta bella geſſerunt, *num.* 1. Ariſtagoras à Thracibus occiditur, Hiſtiæus piraticam exercet, *num.* 3. Iones iterum vincuntur à Perſis, qui & Miletum obſident, & proximo anno expugnant, & mox Cariam ſubiugant, *n.* 1. Tarquinius in Ardeates bellum mouet.

*Milonis mors.* An. mun. 3544. Crotoniatæ Milone Athleta duce, Sybaritas vicerunt, vrbemq; direptam deſolarunt, *n.* 2. Scribit Pauſanias, l. 6. eum mox viribus defectum, cum quercum aridam diffindere manibus conaretur, comprehenſum à lupis fuiſſe laniatum, *nu.* 2.

*& Hiſtiæi.* Hiſtiæus Chios ſubigit, & ab Harpago Perſa victus occiditur, *n.* 3. Romæ autem bellum Ardeatinum ducitur, *num.* 4.

A. m. 3545. Iones iterum à Perſis vincuntur, *n.* 1.

Com-

*Conſules Romani.*

Hic eſt annus eiecti ex vrbe & regno Tarquinij Superbi, & mutatæ in nouam formam Reipub. poſt 244. annos ab V.C. *nu.* 2. 3. propter violatam à Sex. Tarquinio Lucretiam, *num.* 4. 5. *& ſeqq.* Brutus cum ſocijs coniurant in Tarquinios, *n.* 6. fit Cõſul cum Collatino Lucretiæ marito, *num.* 10. Tarquinius vrbe excluſus, fugit Gabios ad filium, *n.* 12. ad 6. Cal. Martias, quo die notatum eſt Regifugium, *n.* 12. & 14. Primus Conſulatus tenuit per 16. menſes, *nu.* 14. Induciæ fiunt cum Ardeatinis in 15. annos, *nu.* 17. confirmatur eiectio regum, *n.* 17. & 18.

*Tarquinij fuga.*

*Bruti cõiuratio, & Conſulatus.*

*Regifugium.*

An. mu. 3546. Mardonius rem Perſicam adminiſtrat & promouet, *nu.* 1. Tarquinius molitur reditum ſuum, *n.* 2. per legatos deprauat pleroſque Romæ, *num.* 6. in quibus filios Bruti, quos pater capite plectit, *num.* 8. Collatinus collega dum orat pro nepotibus Aquilijs, exautoratur quaſi fautor tyrannorum, *n.* 12. 13. aſſumit Brutus collegam P. Valerium, *num.* 14. punit reliquos coniuratos, &c. *ibid.* Tarquinius arma in Romanos mouet 15. Brutus contra Aruntem Tarquinium ſingulari cer-

*Olymp.* LXVIII.

*V.C.* 245.

*Mardonius.*

*Tarquinius reditum molitur.*

*Bruti mors.*

tamine pugnat, & vterque occumbit *num.* 15. Romani vincunt 16. Bruto ſufficitur Sp. Lucretius, eoque mox defuncto, M. Horatius, *num.* 18.

*Porſena.* An. mu. 3547. Rex Porſena legationem Romam pro Tarquinijs mittit, *nu.* 3. qua irrita bellum parat in Romanos, *numero* 4.

Ann. mun. 3548. Mardonius gener Darij clade terra marique accepta, redit in Aſiam, *num.* 1. Porſena Ianiculum capit, tum acriter pugnatur, præſertim ab Horatio Coclite, *num.* 3. & Mutio Scæuola, *num.* 4. qui ſcribam pro rege interficit, & dexteram amburit, & regem metu coniuratorum terret, *nu.* 5. & 6. Rex pacem init cum Romanis, *ibid.* & *num.* 8. Virgines obſides natatu effugiunt, *num.* 7. Templum Capitolinum dicatur à M. Horatio Conſule, *num.* 9.

*Olymp. LXIX. V. C. 249.* An. m. 3550. Cum præcedenti anno Mardonius per legatos deditionem à Græcis poſceret, plurimi conſenſere, in quibus Æginetæ, qui propterea ab Athenienſibus Spartæ accuſantur, *nu.* 1. Bellum Sabinum feliciter à Romanis confectum, *nu.* 3.

*Cleomenes, Demaratus.* An. m. 3551. Cleomenes & Demaratus Spartæ reges contendunt; Demaratus per calumniam, & falſum oracu-

lum

lum abdicatus, ad Darium confugit, *nu.*1.2. Deus vltus eſt id ſacrilegium, *ibid.* Romæ bellum Sabinum renouatur, *num.*3. Appius Claudius cum ſuis ſe dat Romanis, 3. Sabini iterum vincuntur, & pœnas dant defectionis, *nu.* 4. Seculares Ludi inſtituti à Valerio Poplicola quartùm Conſule, *num.*5. *Seculares Ludi.*

A. m.3552. Reges Spartani decē optimates Æginetarū captos Athenis, apud inimicos deponunt, *nu.* 1. Sabini Romanos tertio adorti, poſt illatam aliquam cladem, tertio victi triumphatique, *nu.*2.3.4. Valerius Poplicola moritur, & publico ſumptu ſepelitur, *num.*6. *& ſeqq.*

An.m.3553. Cleomenis ſacrilegium innoteſcit, qui denique inſaniens ſe crudeliter dilacerat atque interficit, *num.*1.2. Hoc anno cum Sabinis debellatum eſt, *num.* 3. Camerini, qui belli tempore à Romanis defecerant, ſeueriùs puniti, *num.*4. *Cleomenis ſacrilegiū eiuſque pœna.*

An.m.3554. Cleomene mortuo Æginetæ repetunt obſides, quos Athenienſes negant. At illi ſe vlciſcuntur primoribus Athenienſium captis, *n.*2. 3. Zeno Eleates hac Olymp. floret, *nu.* 4. & Heraclytus, *num.* 5. Hunc Darius ad ſe inuitauit, *ibid.* Latini à Romanis deficiunt, opera Mamilij, *num.*7. *Oly.* LXX. *V.C.*253. *Zeno. Heraclitus.*

*Ægyneta.* An. mun. 3555. Æginetæ Athenienſibus produntur à ſuis, irrito conatu, *n.* 1. ijdem ſupplicem è loco ſacro abripiunt, non impune, *n.* 2. Fidenates deficiunt à Romanis, *n.* 3. confugiunt ad Sabinos, qui Romam legatos mittunt, vbi coniurationem ſtruunt, *nu.* 4. qua patefacta, omnes ſupplicio afficiuntur, *n.* 5. 6. 7.

An. m. 3557. Fidenates fame domiti puniuntur, *n.* 1. Latini in Romanos cōmouentur, in eoſque 24. populi conſpirant, *nu.* 2. Egeni & obærati tumultuantur, *n.* 3. Primus Dictator creatur T. Largius, *nu.* 8. eiuſdem virtus eximia, *n.* 11. 12.

*Dictator primus.*

An. m. 3558. Romæ induciæ fuerunt cum Latinis, *n.* 1. Matrimonia à Senatu ſoluta, *n.* 2. 3. Saturnalia inſtituta, 4. 5.

*Olymp. LXXI. V.C. 257.*

A. m. 3559. Bellum Latinum renouatur, & Dictator ſecundus creatur, *n.* 1. in pugna Sex. Tarquinius occiditur, *nu.* 5. Latini fugiunt, maxima clade accepta, *n.* 6. Marcius Coriolanus innoteſcit, *n.* 5. & 7. Latinis pax & venia datur, *n.* 8. Hic fuit finis belli, quod cum Tarquinijs per annos 14. geſtum eſt. Ipſe Rex Tarquius Superbus Cumis priuatus conſenuit, 9.

*Saturnalia prima.*

*Finis Tarquiniorū.*

A. m. 3560. Turbæ Romæ ab obæratis concitantur, quamuis expeditione

ſuſce-

ſuſcepta contra Volſcos, *nu.*1. *& ſeqq.* Eo toto tumultu Seruilius Conſul præclare ſe geſſit, *n.*6. & in bello deinceps, 7. rurſumque contra Sabinos & Auruncos, *n.*8. Mors Pythagoræ, *n.*9. ſuſpectus Magiæ, *ibid.* *Pythagoræ mors.*

A. m. 3561. Perſæ in Græciam appellunt, Eretriam obſident, & occupant proditione, *n.*1.2. &c. Atticam adeunt, *n.*4. *Perſæ in Græciam.*

Romæ contra Sabinos Dictator creatur, deque victis triumphat, *n.*5.6. 7. Seceſſio plebis in montem ſacrum, *n.*9. & 10. *Seceſſio plebis Rom.*

An. m. 3562. Huc pertinet pugna Marathonia, Perſarum clade celebrata, *nu.*2. *& ſeqq.* Miltiade duce Athenienſes inuadunt Perſas, & vincunt, *n.*6.7.8. qui Aſiam repetunt, *n.*9. *Olymp. LXXII. V. C. 261. Marathonia pugna.*

Romæ de reditu plebis diſceptatur, *n.*10. cui reditus à Menenio Agrippa perſuadetur. *n.* 13. Obtinent Tribunum plebis, *n.*14.15. Creati quoque Ædiles plebis, *n.*16. Expeditio in Volſcos, vbi C. Marcius Coriolani nomen adeptus eſt, *n.*17. Menenius Agrippa moritur, & publico ſumptu ſepelitur, *ibid.* *Tribunatus plebis initium.* *Coriolanus.*

A. m. 3563. Fuit Sabbaticus 140. Hoc anno induciæ tricennales initæ ſunt inter Athenienſes & Lacedæmonios,

quæ ruptæ ſunt inchoante bello Peloponneſiaco, *n.*1. Darius inſtaurando bello in Græcos incumbit. *n.*2. Miltiades in pœnam ſacrilegij moritur, *num.* 3. Roma fame vexatur, *numer.*4. &c. Coriolanus in Antiates excurrit, *n.*7.

*Miltiades.*

Anno mundi 3564. Romanæ turbæ pro frumento Siculo, *n.*1. Coriolanus plebi ob repulſam conſulatus infenſus, *n.*2. à Tribunis damnatur, *n.* 4. rurſum accuſatur affectatæ tyrannidis, *n.* 9. 10. abit ad Volſcos in exilium, *n.*11.

*Olymp. LXXIII. V. C. 265.*

Anno mundi 3566. Quartus annus à pugna Marathonia Perſis & Romanis luctuoſus fuit, *n.*1. Ægyptij à Perſis deficiunt, *ibid.* Inter Darij liberos de ſucceſſione contentio, *num.*2. Marcius Volſcis conciliatus, bellum in Romanos mouet, *n.* 11. 12. Romæ timor ab eo, & tumultus, 12.

*Darij mors & Zorobabelis. Turba à Coriolano.*

Anno mundi 3567, Darius Hyſtaſpis moritur anno regni 36. *n.* 1. declarato Xerxe regni ſucceſſore, *n.*4. Mors Zorobabelis & Ioſue Pontificis, *n.*5. Res Volſcorum duce Marcio creſcit, Romanorum minuitur, *n.*6. Accedit ad vrbem Marcius, cum ingenti populi trepidatione, *n.*8. tres ad eum legationes irritæ, *n.* 9. 13. 14. Quarta ma-



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tris & vxoris, *n.*14,18. quæ victoriam extorquet *n.*24. odium Volſcorum incurrit, *n.* 27. à quibus & occiditur, *n.* 28. non impunè, *n.*29.

Anno mundi 3568. Xerxes regnare incipit, *n.*5. Ioakim fit Pontifex, *n.*6. Xerxis de bello conſilia, *n.*7. Romani bello petunt Hernicos & Volſcos, *n.* 8. Eoſque ægrè vincunt, *n.* 9. claret Epicharmus Poëta, *n.*10. *Xerxes. Ioakim. Pont. Epicharmus.*

Anno mundi 3569. Xerxes expeditionem ſuſcipit in Ægyptum, *n.*1. Caſſius III. Conſul viam largitione munit ad tyrannidem, *n.*5. Sophocles Poëta naſcitur, *n.*7. ſeptemdecim annis ante Socratem, *ibid.* *Sophocles.*

A.m.3570. Xerxes bellum in Græciam, totamque Europam parat, *n.*1. ſocijs Carthaginenſibus & Theſſalis, *n.*2. & 3. Caſſius Romæ ambitus damnatur, & morte afficitur, *n.*5. & 6. *Olymp. LXXIV. V.C. 269.*

A.m. 3571. Volſcorum iterata defectio, *n.*3. Ariſtides oſtraciſmo in exilium pellitur; id agente Themiſtocle, *n.*4. 5. inimicis bene precatur. *n.*6. Diuitiarum contemptor egregius, *n.*7.8. Ortus Herodoti, *n.*9. *Ariſtides. Herodotus.*

A.m. 3572. Athenienſes bellum cõtra Xerxem parant, *n.*2. Hippias Atheniensium tyrannus moritur. Demaratus Spartanis conſilia Xerxis enũciat.

*n.*3. Romæ plebs iterum tumultuatur pro agrorum diuiſione, *n.*4. pugnatur contra Volſcos, *n.*6. Pompilia Veſtalis punita, *n.*7.

*Xerxes adit Græciam.*

Anno mundi 3573. Græcorum comitia Corinthi de publica ſalute ſunt habita, *n.*3. diſcedunt à priuatis odijs, *ibid.* Themiſtocle, & Ariſtide annitentibus, qui & reconciliantur inter ſe, *n.*4. plurimos populos in belli ſocietatem euocant, *n.*5. Apollo conſultus edit ambigua oracula, *ibid.* Quantæ Perſarum copiæ, *n.*6. *& ſeq.* Xerxis iter Sardæis verſus, *n.*13. Pythij erga eum munificentia, *num.*14. Perfodit Iſthmum montis Athos, *n.*16. Helleſpontum ponte iungit, quo diſrupto mare verberat, *num.*17. & alium excitat, 18.

*Ponte Helleſpontum traijcit.*

*Olymp. LXXV.*

*V. C. 273.*

A. m. 3574. Xerxes Sardibus Abydum verſus proficiſcitur, *n.*3. quando facta eſt Solis eclipſis, *n.*2.3. barbare filium Pythij necat, *n.*4. nouem pueros, totidemque puellas viuos defodit, *n.*5. Ordo progreſſionis exercitus Perſici, *n.*6.7. Artabanum dimittit in Perſidem, *n.*8. tranſit Helleſpontum, *n.*9. potitur Theſſalia, *n.*10. Græci Thermopylas occupant, *n.*11. Ibi Leonidas cum trecentis Spartantis innumeros ſternunt, donec circumuentus occubuit, *n.*17.

*Xerxis crudelitas.*

*Leonidas.*

Perſæ-

Perſæ cladem à tempeſtate accipiunt, *n.* 20. naues quadringentas amittunt, ad oram Magneſiæ, *ibid.* Pugna naualis ex Themiſtoclis conſilio proſpere cedit, 22. Perſæ altero naufragio 200. naues amittunt. *n.* 23. Græci Cilicum naues ſuperant, *n.* 24. Alia pugna totius claſſis, dubiaque victoria, *ibid.* Græci loco cedunt, *n.* 25. Perſæ terra marique interiores Græciæ inuadunt, *n.* 26. vaſtantque omnia in Doride, & Phocide, *n.* 27. Templum Delphicum fruſtra affectant, *n.* 28. Græcæ naues 380. Salaminam confluunt, *n.* 29. Perſæ deſertas Athenas deuaſtant, *n.* 30. moxque pugna nauali vincuntur, *n.* 32. Xerxes de fuga cogitat, quam ei Mardonius ſuadet, 32. Helleſpontum petit, & Phœnicia naui traijcit in Aſiam. Mardonius cum Perſarum reliquijs ad hyberna Theſſaliam adit, *n.* 37. Carthaginenſes in Sicilia penitus profligati ſunt, *n.* 39. Euripides naſcitur, 12. annis ante Socratem, *n.* 45.

*Xerxis fuga.*

*Mardonius.*

*Euripides.*

Anno mundi 3575. Romani contra Etruſcos inſigni prælio, damnoque pugnarunt, *n.* 1. & tamen vicerunt, *n.* 2. Mardonius ſibi Athenienſes conatur adiungere, Lacedæmonij eam ſocietatem impediunt, *n.* 4. Ideo ille Athenas repetit, capitque iterũ, poſt 10. menſes.

*Athenæ bis captæ.*

menſes ex quo à Rege captæ fuerant, eaſque incendit, *num.* 5. 6. Pugnatur ad Platæas, *n.* 12. Mardonius occumbit, & Perſæ fugiunt, *n.* 13. quos Græci variè perſequũtur, *n.* 14. Perſarum luxus ingens, & prædæ magnitudo, *n.* 16. Iterum ad Mycalem claſſe vincuntur, *n.* 20. Rex diſcedit in Ecbatana, Græci domum repetunt, *n.* 22.

*Inſtaurantur.* A. m. 3576. Athenienſes in vrbem remigrant, muroſque inſtaurant, prohibentibus Spartanis, *n.* 2 ſed res callida cunctatione Themiſtoclis perfecta eſt, *n* 4. Romani damnum à Veientibus accipiunt, *num.* 6. Præſidium Fabiæ gentis in eorum finibus conſtituitur, *n.* 8. à quo variè vexantur, *ibid.* *Themiſtocles.*

A. m. 3577. Themiſtocles perſuadet Athenienſibus vt ambiant imperium maris, *num.* 1. curat ædificari ampliſſimum portum Piræum quadringentarum nauium capacem, *n.* 2. 3. 4. Perſica præſidia tota è Græcia eijciuntur, *n.* 5. Veientes fiunt Romanis ſupplices, & pacem impetrant. *Pireaum.*

A. m. 3578. Pauſanias dux Spartanorum Bizantium Perſis eripit. Illis tamen ſtudet, & Græciæ proditionem molitur, ſpe ducendi filiam regis, *n.* 1. 2. inſoleſcit, *n.* 3. idque valet ad obtinendum *Olymp. LXXVI. V.C. 277. Pauſanias*

nendum Athenienſibus maris imperium, *n.* 4. 5. Spartam reuocatur ab Ephoris, *numer.* 5. Tota gens Fabia ab Etruſcis cæditur, *num.* 6. cum quibus Conſul Menenius male pugnat, *n.* 8. *Clades gentis Fabiæ.*

A. m. 3579. Athenienſes imperium maris acquirunt, 1. 2. Romani contra Etruſcos pugnant funeſta victoria, *n.* 5.

A. m. 3580. Pauſanias ſponte Byzantium adit occupatque; Inde ab Athenienſibus pulſus, abit in Aſiam, *n.* 1. 2. Valerius Conſul in Etruria bene rem gerit, *n.* 5. Etruſci domini fiunt Tyrreni maris, *ibid.*

A. m. 3581. Pauſanias ex Aſia reuocatur ab Ephoris, *n.* 1. conijcitur in carcerem Spartæ, & accuſatus abſoluitur, *numer.* 3. Veientes autem à Romanis victi, 40. annorum inducias obtinuere, *n.* 5.

A. m. 3582. Pauſanias cum Hilotis contra Remp. conſpirat, *n.* 1. Erumpit coniuratio, nec tamen punitur, *n.* 2. Scribit in Aſiam, ibique nuncios interfici curat, *ibid.* Romæ tumultus exoritur pro agrorum diuiſione, *n.* 3. *Olymp.* LXXVII. *V. C.* 281.

A. m. 3583. Naſcitur Thucydides nobilis hiſtoricus, *n.* 1. Themiſtocles oſtraciſmo patria pellitur, *n.* 3. *& ſeqq.* Argis habitat, vbi à Pauſania fru- *Ortus Thucydidis.*

ſtra

ſtra ſollicitatur, *n.7.* Romæ prodigia & peſtis ob Veſtalem corruptam, *n.8*

*Democritus. Cimon.*

A. m. 3584. Naſcitur Democritus *n.1.* Cimon fit Græcæ claſſis Imperator, *n.2.* Eionem in Thracia ad Strymonem fluuium ſitam expugnat, *n.3.* Bogis Perſæ in ea propugnanda deſperatio, *n.3.4.* muri aqua diluti, *n.5.*

*Appius.*

Appius Claudius fit Conſul inuitus, & inuita plebe, *n.6.* Reipub. auſtera ſeueritate nocet, *n.10.11.*

*Ortus Socratis.*

An. m. 3585. Socrates naſcitur, *n.1.* Cimon Scyro inſula capta, Ægæum mare pacauit, Theſei Lipſana tranſtulit, *n.3.* pro Sophocle contra Æſchylum iudicat, *num.4.* eiuſdem Æſchyli mors, *ibid.*

*AEſchylus.*

Ingens terræ motus Spartam affligit, *n.5.* Romæ quæſtio de agrorum diuiſione renouatur, *n.7.* Cóſules conſentiunt, Appius repugnat & vincit, *n.8.* factus reus ſibi manus infert, *n.9.*

*Appij Clau. mors.*

*Olymp. LXXVIII. V.C. 285.*

A. m. 3586. Romæ agraria ſeditio, ſuperuenientibus Volſcis comprimitur, *n.3.* Antiates magno damno affect, *ibid.*

*Pauſaniæ cædes. Themiſtoclis fuga.*

Anno mundi 3587. Pauſanias proditionis conuictus, fugit in Aſylum, *n.1.2.3.* fame necatur, *n.3.* Themiſtocles proditionis inſimulatus, quæritur ad necem, *n.5.* Athenienſes Cimone duce ſocios

ſocios belli exaſperant, *n.* 8. Itaque Naxij deficiunt, *num.* 9. Romæ contra Sabinos & Volſcos ſemel & iterum recte pugnatur, *n.* 10, 11. Antium deditionem facit, *n.* 11.

A.m. 3588. Themiſtocles Corcyrã, inde in Epirum ad regẽ Admetum fugit, *n.* 1. 2. mox Pydnã adit ad Alexandrum, *n.* 3. Athenienſes Naxum obſident, Res agraria à Fabio Conſule cõponitur, *n.* 5. ſicut & pax cũ Æquis, *n.* 6. qui eã proximo anno violarunt, *n.* 1.

An.m. 3589. Artabanus in Xerxem conſpirat, eumque obtruncat, *n,* 3. ac per fraudem Darium filium eius natu maximum, *n.* 4. Artaxerxes cæſo Artabano patri, fratrique ſuccedit, *n.* 6. cur dictus Longimanus, *ibid.* Themiſtocles, periculo ab Athenienſibus induſtriè ſuperato, Epheſum peruenit, *num.* 7. Naxus ſe dedit Athenienſibus, *ibid.* *Xerxes cædes. Artabanus.*

A. m. 3590. Artaxerxes Longimanus regnare incipit, *n.* 1. ei iuncta fuit coniugio Eſther, *num.* 10. 11. 12. ad 16. Themiſtoclis ad eum literæ, 17. & 18. addiſcit linguam Perſicam, vt per ſe cum rege poſſit agere, *ibid.* Cimon cõtra Perſas ad Cyprum claſſe pugnat, & vincit, *n.* 21. Terra quoque per dolum vincit, ad Eurymedontem Pamphiliæ *Artaxerxes Longim. Olymp. LXXIX. V.C. 289. Eſther. Cimonis de Perſis victoria.*

philiæ fluuium, *n.* 22. Thaſij cum de feciſſent, ab Athenienſibus prælio vi cti, obſeſſi ſunt, *n.* 25. Romani contra Æquos vario marte certarunt, 26.

*Mardochæus.* An.m. 3591. Huc pertinet Mardochæi ſomnium, anno 1. Artaxerxis, *n.* 2. 4. & *ſeqq.* Themiſtocles regem adit, ab eoque amanter accipitur, *nu.* 6. & *ſeqq.* eximia regis in eum liberalitas, *n.* 9. Ægyptij à Perſis deficiunt, *n.* 10. 11. Rex in eos arma parat. Thaſij auxilium à Sparta fruſtrà petunt, 12. Athenienſes expeditionem contra Amphipolim ſuſcipiunt, *n.* 17. Romani contra Æquos & Volſcos, dubia perdiu victoria decertarunt, *n.* 18. & *ſeqq.*

Anno m. 3592. Artaxerxes ſolemne conuiuium celebrat, *n.* 2. & *ſeqq.* Et Vaſthi quoque, *n.* 8. quæ à rege euocata, non paret, *n.* 9. 10. repudiatur, *n.* 15. *Vaſthi repudiatur.* Rex expeditionem mittit in Ægyptum, duce Achæmene. Athenienſes Ægyptijs opem ferunt, vincuntque Perſas, *n.* 17. Thaſij ad tertium annum obſeſſi, expugnantur, *n.* 18. Athenienſes contra Ilotas à Spartanis euocantur, moxque ſuſpecti dimittuntur, *n.* 19. Qui irati Cimonem oſtraciſmo puniunt, & relicta ſocietate Spartana, ſe Argiuis eorum hoſtibus coniungunt, *n.* 20. & hæc fuerunt ſemina *Semina belli Peloponneſiaci.* belli

belli Peloponneſiaci, *ibid.* Ingens Romæ peſtilentia graſſatur, *num.* 21. Eam occaſionem Æqui & Volſci accipiunt, & Vrbem oppugnant. *n.* 22.

A. m. 3593. Rex quærit quam ſubſtituat Vaſthi, *n.* 1. Eſther deducitur in palatium, *n.* 4. tacet genus ſuum, *n.* 7. Lacedæmonij à Perſis contra Athenienſes fruſtrà incitantur, *num.* 8. Nouam expeditionem rex molitur contra Ægyptios, & Athenienſes, *num.* 9. Themiſtocles ad hoc bellum euocatur, *n.* 10. quod voluntaria morte vitat, *n.* 11. *& ſeqq.* Megarenſes deſertis Spartanis ſe iungunt Athenienſibus, *n.* 16. Romæ noui Coſſ. Æquos vlciſcuntur & Volſcos, *n.* 18. & 19.

*Eſther ad regem adducitur.*

*Themiſtoclis mors.*

A. m. 3594. Eſther expectat finem triennij puellarum, *n.* 1. Perſæ ducibus Artabaze & Megabyzo Ægyptum petunt, ibique Ægyptios & Athenienſes ſuperant, *num.* 3. Romæ domeſticæ de more turbæ à Tribunis, *n.* 5. 6.

*Olymp.* LXXX. *V. C.* 293.

A. m. 3595. Cœpit Eſdras hoc anno clareſcere ſub Longimano, *n.* 3. fuit is Sacerdos, *n.* 4. & legis doctor, & inuentor literarum, *n.* 5. Sacrorum librorum reparator, *n.* 6. An fuerit Malachias, *n.* 7. non fuiſſe, *n.* 10. Obtinet à Rege migrationem in Ieruſalem, ad docendum populum, *n.* 11. Regis & Chal-

*Eſdras.*

*Regis decretum pro Iudæis.* Chaldæorum in Iudæos liberalitas, *n.* 13. Decretum Artaxerxis in gratiam eorum, *n.* 15. *& ſeqq.* Eſdras colligit itineris ſocios, *num.* 19. 20. *Herdonius.* Romæ Herdonius Capitolium occupat, *num.* 27. Romani ad arma concurrunt, vnus Conſulum occiditur. Arx recipitur, Herdonius perit, *n.* 28.

Anno mundi 3596. Eſdras Hieroſolymam proficiſcitur, *n.* 8 ibi ſacrificat, redditur ſacra ſupellex, & Regis decretum promulgatur, *n.* 9. *Malachias.* Malachiæ querela de ſacrificantibus, *n.* 10. *& ſeqq.* & Eſdræ de vxoribus alienigenis, *n.* 16. *& ſeqq.* fuſe. Eſdras denunciat repudia, cui populus aſſentitur, *n.* 27. conſtituũtur Iudices eius negotij, 28. *& ſeqq.* *Eſther regina.* Eſther ad regem ducitur, *n.* 42. & 43. Ea decimo menſe concubina facta eſt, duodecimo Regina, *n.* 44. & 46. Proſopitis inſula à Perſis occupatur, Ægyptijs, Græciſque ſuperatis, *numer.* 52, Ægyptus redit in Perſarum poteſtatem, 54. & tarda Athenienſium auxilia profligata ſunt, *numer.* 55. Romæ Coſſ. de Æquis Volſciſque triumpharunt, quorum Cornelius Antium vi cepit, defectionis autores ſecuri percuſſit, vrbem ſpoliauit, &c. *n.* 58.

An. m. 3597. Anno octauo Artaxer-

xis

*Eunuchorũ Artax cõſpiratio.*

xis duo Eunuchi in eum conſpirant, inuidia in Mardochæum, &c. *n.* 2. re patefacta ſuſpenduntur, *n.* 4. Sabini palam deficiunt à Romanis, Æqui diſſimulanter, *n.* 6. Conſul in inſidias trahitur, *n.* 7. Quintius Cincinnatus fit Dictator, qui Æquos ſub iugum mittit, *n.* 9. & Gracchum eorum ducem ducit in triumphum, *num.* 18. moxque prædiolum ſuum repetit, *ibid.*

*Cincinnatus.*

*Olympiad. LXXXI. V.C. 297. Pericles.*

A.m. 3598. eſt Sabbaticus 145. Pericles dux Athenienſium contra Sicyonios pugnat, *n.* 2. 3. Sabini & Æqui iterum in armis, *n.* 4. Tribunis delectum impedientibus, Patricij militiam profitentur, *n.* 4. & 5. Tribuni decem petuntur & obtinentur, *n.* 5. Coſſ. in hoſtẽ progreſſi, eũ vincunt & vaſtãt, *n.* 6.

*Tribunorum licentia.*

A.m. 3599. Iuſtitium armorum inter Græcos per triennium fuit, *n.* 1. Incrementa licentiæ Tribunorum Romæ, nam Senatum conuocare cœperunt, & Conſules ad Collegium ſuum citare, &c. *n.* 3.

*Amanis ſuperbia.*

A.m. 3600. Aman ad ſummam gloriam euehitur, *n.* 2. eum Mardochæus non adorat, *n.* 3. quod diuinum honorem expeteret, *n.* 6. Iratus Aman ſtatuit omnes Iudæos perdere, *n.* 8. Romæ turbatur inter Coſſ. & Tribunos, *n.* 4. *& ſeqq.* Æqui rurſus Romanos in-

uadunt,*n*.14. ſed glorioſo Sicinij faci
nore vincuntur, *n*.16. Idem inuidiam
conflat conſulibus,*n*.17.

Anno m.3601. Sortitio Amanis pro
perdendis Iudæis, *n*. 2. & *ſeqq.* idque
à rege impetrat gratis,*num*.6. defertur
vbique regis edictum, & Suſis affigi-
tur,*n*.9. Luget Mardochæus, *num*.10
Eſther Regem adit magnifico appara-
tu, *n*. 22. ab eo benignè accipitur, 23
inuitat regem ad conuiuium, ſemel
iterumque, 25. 26. 27. Aman parat
Mardochæo crucem,*n*.29. quem iuſſu
Regis cogitur honorare publicè,*n*.34.
Adducitur ad conuiuium inuitus, *nu*.
37. Reginæ querela de Amano, *nu*.38.
39. Qui à rege addicitur cruci, eique
affigitur, 41. Mardochæus multis mo-
dis honoratur, *n*.43. & 44. reuocatur
edictum contra Iudæos,*n*.45. & *ſeqq*.
aliud obtinetur,*n*.49. An iuſta hæc Iu-
dæorum vindicta,*n*.50. Romę excon-
ſules accuſati, mulctatique pecunia,
53. Legati in Græciam legum quæren-
darum cauſa mittuntur, *n*.54.

*Addicitur cruci.*

Anno mundi 3602. Iudæi vbique
inimicos ſuos impune interficiunt, *n*.
2. filij Aman decem longe poſt patrem
occiſi, actique in crucem, *n*.3. 4. Cæ-
ſorum numerus fuit 75. millium, *n*.6.
Ritus in Aman à Iudæis in Chriſtum
con-

*Iudæorum vindicta.*
*Legati Rom de Legibus.*

conuerſus, *n.* 9. Mardochæi gloria, 12. fuit typus Chriſti, *n.* 14. *& ſeqq.* Eſther Virginis Mariæ typus, 19. *& ſeqq.* fœdera quinquennalia inter Athenienſes & Peloponneſios, opera Cimonis, *nu.* 25. eoque duce Athenienſes bellum in Cyprum contra Perſas mouent, *nu.* 26. & 27. Peſtis Romæ graſſatur, 28. 30

*Olymp.* LXXXII. *V.C.* 301. *Mardochæi gloria.*

A.m. 3603. Naſcitur Lyſias Rhetor, *n.* 1. Cimon in obſidione Citienſium in Cypro moritur, *n.* 2. Pax à Perſis quæſita, *n.* 4. Romæ peſtilentia ceſſat, *n.* 6. Legati de legibus miſſi redeunt. *ibid.* fit S. C. de creandis decemuiris conſulari poteſtate, ad Rempub. legibus recte conſtituendam, *n.* 7.

*Lyſias* *Mors Cimonis.*

A.m. 3604. Mutatur forma ciuitatis à Coſſ. ad Decemuiros, à quibus nulla erat prouocatio, cæteris magiſtratibus ad tempus ceſſantibus, *nu.* 1. Bellum ſacrum pro templo Delphico, à Spartanis geſtum pro Phocenſibus; moxque ab Athenienſibus pro Delphis, *n.* 2. Leges Romæ à Decemuiris proponuntur, & probantur. Decemuiri in annum ſequentem confirmantur, *n.* 5.

*Decẽuiri.* *Bellum ſacrum.*

Anno m. 3605. Bœotij ab Athenienſibus primo victi, *n.* 2. deinde victores toti ſuæ prouinciæ libertatẽ obtinuere, *n.* 3. Decemuiri magiſtratum cum

laude gerunt, præſertim Appius, n.
eius ambitioſa ſimulatio, *ibid.* eoru
coniuratio, n. 5. mox tyrannicè Remp
gerunt, n. 6.

*Olymp. LXXXIII. V.C. 305.*

Anno m. 3606. Anno vltimo quin-
quennalium fœderum Eubœa ab
Athenis deficit, n. 1. quam dum Peri-
cles cum exercitu petit, Megarenſe
deficiunt, n. 2. & Sparthę ſe adiungunt
n. 5. Pericles Eubœam deſerit, ad auer-
tendos ab Attica Lacedæmonios, n.
3. & 4. quod vbi callidè feciſſet, Epho-
ri Pliſtoanactem regem pecunia mul-
ctant, qui cum ſoluendo non eſſet, ſo-
lum vertit, n. 4.

*Ephori potentia in regem.*

Hoc tertio Decemuiratus anno,
cum Decemuiri tyrannici regerent,
Æqui & Sabini bellum mouent in
Romanos, n. 7. contra Decemuiros in
Senatu agitur, n. 8. *& ſeqq.* Decemuiri
in bello male rem gerunt, n. 16. Vrbs
abit in partes, *ibid.* Appius Virginiam
fruſtra tentatam in ſeruitutem vindi-
cat, n. 18. *& ſeqq.* à patre perimitur, 21.
qui & populum ad libertatem vocat,
n. 23. & caſtra ad defectionem addu-
cit, n. 25. *& ſeqq.* Plebs abit in montem
ſacrum, Decemuiri cedunt, & vitam
orant, n. 29. Plebs redit & Coſſ. in reli-
quum annum creantur, *num.* 31. Ap-
pius Claudius in carcerem coniectus,
ibi

*Virginia.*

*Plebis ſeceſsio.*

*Decemuiri exautorantur.*

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ibi moritur, alij necantur, alij ſponte exulant, & eorum bona publicantur, *n.*34. Mox Coſſ. contra Hoſtes bene rem gerunt, *num.* 35. & inuito Senatu primi fauore populi triumpharunt, *n.*36.

A.m.3607. Athenienſes Eubœam occupant, Hoſtienſes exterminant, eoque coloniam deducunt, *n.*1.

A.m.3608. Tricennalia fœdera inter Athenienſes & Spartanos, ſub anni finem, *n.*1. Nehemias acceptis de Iudęa nuncijs luget, *n.*8. Deumque orat, vt regem ſibi reddat propitium, *num.* 10. &c. *Nehemias.*

A.m.3609. Ab hoc anno vigeſimo Artaxerxis petitur initium hebdomadarum Danielis, *n.*2.3. *& ſeqq.* Nehemias petit à rege profectionem in Ieruſalẽ, & ciuitatis conſtructionẽ, *n.*10. & 11. Rex abitum concedit ad certum tẽpus, *n.*12. alia eius poſtulata, *n.*13. &c. Venit in Iudæam indignantibus Samaritis, *n.*16. & 19. incipit ædificare mutos Ieruſalem, *n.*24. populi in ædificando feruor, *n.*47. Nehemias inſidijs appetitur, *numer.* 52.54.56. murus 52. diebus abſoluitur, *num.* 57. *& ſeqq.* Nehemias prouidit cuſtodiæ vrbis, & ciuium frequentiæ, *n.*62.63. & 69. Muri dedicatio, *n.* 65. *& ſeqq.* octaua *Hebdomadarum Danielis initium.* *Ieruſalem ædificatur.*

dedicationis, 77. &c. Feſtum Tabernaculorum celebratur, *n.* 78. datur in eo ignis de cœlo, *n.* 79. 80. &c. Tabernaculum, & Arca, & Altare aureum reperta ſunt, *n.* 85. *& ſeqq.* Separatio ab alienigenis iteratur, *num.* 93. & fœdus cum Deo renouatur, *n.* 97. *& ſeqq.* Romanæ contentiones hoſtem prouocant, qui nihilominus à T. Quintio Conſule vincuntur, *n.* 101.

*Arca, &c. reperitur.*

Anno mundi 3610. Innoteſcit in Perſide miraculum ignis ex aqua exorti, *n.* 1. Rex locum religioſum reddit, *n.* 1. & 2. In Græcia & Perſide res quietæ ſunt, *n.* 3. Romæ tumultuatum eſt, Canuleio tribuno rogante miſceri connubia plebis cum Patribus, & plebem ad Conſulatum admitti, *num.* 4. Plebs & Patres conſentiunt in Tribunis Conſulari poteſtate, *n.* 6. de connubijs quoque lex perlata eſt, *ibid.* Meliſſus Philoſophus floret hac Olymp. *num.* 7. ſicut & Protagoras Abderites, damnatur ab Athenienſibus vt Atheus, *n.* 8.

*Olymp. LXXXIV. V. C. 309. Ignis ex aqua.*

*Tribuni Con. Po. Meliſſus & Protagoras.*

An. m. 3611. Romæ creati ſunt tres Tribuni Conſulari poteſtate, omnes Patricij, *n.* 2. qui vt vitio creati, poſt 73. dies abdicarunt, eiſque ſubſtituti ſunt duo Coſſ. *n.* 3.

*Cenſura.*

Anno mundi 3612. Romæ Cenſuræ initium

initium, *n.*1. Primi fuerunt Papirius & Sempronius, à cenſu agendo cenſores dicti, *n.*2. Res turbatæ apud Ardeam, ibique Volſci ſubiugum miſſi, *n.*4. eò colonia ſequenti anno miſſa, *n.*1.

*Olymp.* LXXXV. *V.C.*313. A. m. 3614. Sexto anno à tricennali fœdere bellum inter Samios & Mileſios excitatum eſt, pro vrbe Priene, *n.* 1. 2. Pericles pro Mileſijs pugnat, & Samios vincit: qui mox bellum redintegrant, & victores fiunt, *n.*4.5. *Bellum Samium Pericles.*

An. m. 3615. Athenienſes bello Samio incumbunt, *n.*1. Naualique prælio vincunt, *n.*2. Et Samum obſident, ſed digreſſo Pericle Samij rurſum victores Athenienſibus frontem inſcribunt, *num.*3. reuerſus Pericles Samum obſidet, & expugnat intra 9. menſes, *n.* 4. 5. Romæ famæ vrgente Sp. Melius largitione plebem deuincit, *n.*6. *Sp. Melius.*

An. m. 3616. Bellum Corinthiacum Corcyræos inter & Corinthios exortum eſt, pro Epidamno, ſiue Dyrrhachio, *n.*1. 2. *Bellum Corinth.*

Romæ Sp. Melius ad tyrannidem aſpirat, *num.*4. Dictator Cincinnatus eum opprimit, *num.*5. 6. domus eius euertitur, bona publicantur, *n.*7.

An. m. 3617. Corcyræi Corinthios claſſe vincunt, & Epidamnum expugnant, *n.*3. & Corinthiorum loca infeſti

peruagantur, *ibid.* Romæ Tribuni militares Conſulum loco creantur, *n.* 4. Fidenates deficiunt, & 4. legatos Romanorum occidunt, *n.* 5.

*Olymp.* LXXXVI. *V.C.* 317. *Ortus Iſocratis & aliorum illuſt. vir.* Anno mundi 3618. Naſcitur Iſocrates, claret Democritus Abderites, Empedocles Agrigentinus, Hippocrates Cous Medicus, Gorgias & Prodicus, Zeno & Parmenides, *n.* 1 Romæ creatur Dictator contra Fidenates, Veientes, & Faliſcos, qui vincuntur, rege eorum Tolumnio interfecto, à Cornelio Coſſo, *n.* 5.

Anno mundi 3619. Corinthij bellicum apparatum contra Corcyræos renouant, & ſocietatem Athenienſium quærunt, quærunt & Corcyræi: vtriſque Athenienſes recuſant, ne fœdera tricennalia cum Lacedæmonijs violent, ſed ita adſunt vtriſque, vt neutris inuadendis, vtriſque opem ferant, *n.* 1. 2. pugnatum eſt varia vtrimque victoria, *n.* 5. Corcyræi Epidamno potiuntur. Corinthij Athenienſibus iraſcuntur, quòd per eos ſtetiſſet, quo minus vincerent, *n.* 6. Romam peſtis afflixit, *n.* 7.

A. m. 3620. Corinthij vlturi Athenienſes Potidæam ipſorum coloniam ad defectionem impulere, *n.* 1. Perdiccas Macedonum Rex hoſtis Athenienſium,

nienſium, *n.*2. Alij populi in Thracia ab eiſdem deficiunt, *n.*5. Athenienſes claſſem contra vtroſque miſerunt, & Corinthij pro Potidæa, *ibid.* Romanos peſte laborantes Fidenates vexant, quos Dictator Seruilius vincit, & Fidenas exſcindit, *n.*6.

A.m.3621. Artaxerxis anno 32. Nehemiæ in ſuos humanitas celebratur, *n.*2. & 3. Ad eum redit Nehemias, *n.*4. relicta Iudææ adminiſtratione Eliaſis, *n.*5. Bibliotheca Nehemiæ, *num.*6. Libri ſacri ab Eſdra collecti, *n.*7. quid ſtudij ad eos attulerit, *num.*8. 9. 10. Alij libri ſacri poſt Eſdram ſuppleti, *n.*11. Athenienſes contra Perdiccam bellum gerunt, & Theſſalonicam occupant, *num.*12. & Pidnam obſident, moxque pacem cum eo faciunt, vt contra Potidæam & Corinthios veniant, *ibid.* Annus Metonicus decemnouennalis, *n.*13. Metus Romæ à populis totius Etruriæ, *n.*14.

*Eſdras Biblia colligit.*

*Metus.*

A. m. 3622. Bellum ad Potidæam geritur, Athenienſes ægrè duce Callia amiſſo, vincunt, *n.*2. Interea multæ legationes Spartanorum & Athenienſium fiunt, & multæ viciſſim querelæ præuiæ belli Pelopon. *n.*3. *& ſeqq.* Id Pericles ſuadet, *n.*8. ne reddat rationẽ pecuniarum, *n.*9. Peſtis Romæ graſſatur, *n.*10.

*Olymp. LXXXVII. V.C.321.*

*Bellum Pelopon.* Anno mundi 3623. Hic eſt primus annus belli Peloponneſiaci, & quinquageſimus à fuga Xerxis, *num.* 1. Primum hoſtile facinus fuit Thebanorum, qui Platæam Athenis ſociam occuparunt, *n.* 3 Platæenſium in Thebanos crudelis perfidia, *n.* 4. Athenienſes & Lacedem. belli ſocios vndique corrogant. *ibid.* & vtrique in hoſtilem regionem inuadunt, *n.* 6. quo tempore contigit Solis eclipſis, & cometes, *n.* 7.

*Peſtis.* An. m. 3624. Peſtis Athenas valde affligit, fuitque longe grauiſſima, *n.* 1. Bellum nihilominus vtrimque geritur excurſionibus & vaſtatione, *n.* 2. Athenienſes belli pœnitet, & Periclē exautorant, *n.* 3. moxque iterum belli ducem creant, *n.* 4. Legati Spartani ab Athenienſibus capti necantur, *n.* 5. Potidæa ad defectionem fame cogitur, *n.* 6. Romæ Volſci & Æqui in Romanos iterum inſurgunt, *n.* 7. Res à Dictatore Poſthumio contra eos bene geſta, *n.* 8. *& ſeqq.*

*Mors Periclis. Ortus Platonis.* An. m. 3625. Pericles intra tertium annum belli Pelopon. moritur. Eodem anno naſcitur Plato, *n.* 3. Peloponneſij contra Platæam expeditionem ſuſpiciunt, & Athenienſes in Thraciam Anceps vtrorumq; pugna, ad

ad Rhium Achaicum, *n.*7. Æqui Romæ octo annorum inducias impetrant, *n.*9.

A. m. 3626. Eupolis & Ariſtophanes Poëtæ Comici agnoſcuntur, *n.* 1. hic Rhodius fuit, ille Athenienſis, Anaxagoras moritur, *ibid.* Archidamus irrumpit in Atticam, Lesbos ab Athenienſibus deficit, qui oram Peloponneſij inuadunt atque diripiunt, &c. Platæenſes obſeſſi effugiunt, *n.*5. *Olymp.* LXXXVIII *V. C.* 325.

A. m. 3627. Lesbos ab Athenienſibus ſicut & Mitylene, recuperantur. Alcidæ Lacedæmoniorum ducis ignauia, *n.*1. Quod iudicium Athenienſium de Mitylenæis, *nu.*2. quod viciſſim Pelopon. de Platæenſibus, *n.* 3. & quanta eorum temporũ crudelitas, *n.* 4. & 5. Bellũ Syracuſanorum cũ Leontinis, quibus Gorgias Orator auxiliũ Athenienſium impetrat, *n* 6. 7. Peſtis Athenis & Romæ graſſatur, *ibid.*

An. m. 3628. Sexto huius belli anno Athenienſes non minus peſtilentia & terræ motus, quam Peloponneſiorum arma vexarunt, *n.*1. acceſſit & exundatio maris, *n.*2.

A. m. 3629. Hic eſt quadrageſimus & vlt. Artaxerxis, quo Nehemias, qui octo iam annis aberat à Iudęa eò reditum à rege impetrauit, *n.*13. vbi multa *Mors Artaxerxis. Nehemias.*

correxit, *n.* 2. 3. *& ſeqq.* Maxime circa templi reditus, victum Leuitarum, violationem ſabbati, & connubia cum alienigenis, *ibid.* Eius mors, *n.* 8. *&* 9. fuit typus Chriſti in multis, *n.* 10. *& ſeqq.*

*Ætna.* In Sicilia Ætna igneo torrente inundauit. Peloponneſij dum agrum Atticum de more populantur, Athenienſes Pylum in Peloponneſo occupant, & citò communiunt, *n.* 14. Eo

*Pylus.* vtrimque conuenitur, pugnatur, Athenienſes vincunt, magno Spartanorum dolore, qui nec Pylum expugnare, nec ſuos in deſerta inſula circumuentos liberare potuiſſent, *n.* 15. Ad Pylum bellum redintegratur, inſulani Peloponneſij dedidere ſe Cleoni duci Athenienſi, qui eos Athenis in vincula coniecit, *n.* 16.

In Italia tres Tribuni contra Veientes profecti, malè conſentientes, malè rem geſſerunt; ſed Dictator Æmylius Mamercus fortitudine & prudentia correxit omnia, *n.* 18. *& ſeqq.*

*Olymp. XXCIX.* Fidenates armari facilius vincuntur, merſique pereunt, *ibid.*

*V.C. 329.* An. mundi 3630. Xerxes II. impe-

*Xerxes II. & Sogdianus.* rio Perſarum ſuccedit, & poſt 45. dies Sogdianus, *n.* 2. qui regnum tenuit ſex menſes & 15. dies; & coniectus in

cine-

cineres mortuus eſt, *num.* 4. Multæ res hoc anno proſperæ & aduerſæ vtrique parti hoſtium contigerunt. Nam multæ vrbes in Aſia à Peloponneſijs occupantur, Cythera inſula ab Athenienſibus, qui tota Sicilia excidunt, ſed occupant arcem Megarenſium, viciſſim Braſidas in Thracia multa loca Athenienſibus eripit, qui & à Bœotis magnam cladem accipiunt, *num.* 5. *& ſeqq.* Nec minore damno Peloponneſij Cytheram amiſerunt, quā Athenienſes Amphipolim, *num.* 6. & 11. *Braſidas.*

A. mun. 3631. Darius Nothus filius Artaxerxis regno ad 19. annos ſuccedit, *n.* 1. & 3. Induciæ annuæ factæ ſunt inter Athenienſes & Peloponneſios, ſed ex varijs in Thracia vrbium deditionibus turbantur, *num.* 4. & 5. Romæ Ludi bello voti à Mamerco Dictatore magnificè celebrati ſunt, *num.* 7. *Darius Nothus.*

An. m. 3632. Initio anni 10. belli huius Cleon Athenis contra Braſidam in Thraciam cum copijs profectus, pugnâ ad Amphipolim initâ, etſi vterque dux interijt, Braſidas tamen vicit, *nu.* 2. Inde res ad pacem diſpoſitæ, *num.* 4. Romani contra Volſcos male rem gerunt, neutri tamen victores, *n.* 5. &c.

A. m. 3633. Pax initur inter Athenienſes & Lacedæmonios, *num.* 1. ad

annos 30. *ibid.* eius autor maximè Nicias, *num.* 2. Corinthij cum Argiuis res turbare incipiunt, *num.* 3. ſeorſim ſocietate facta, *ibid.*

*Nicias.*

A. mun. 3634. Anno belli 12. Alcibiades Niciæ inimicus pacem turbat, *nu.* 1. molitur fœdus cum Argiuis, *nu.* 2. & fraude id fieri curat in annos centum, *num.* 3. Nec tamen fœderi cum Lacedæmonijs renuntiarunt, ſed vtriſque annui eſſe voluerunt, *nu.* 3.

*Olym.* xc. *V. C.* 333. *Alcibiades.*

An. m. 3635. Alcibiades ſocietatem cum Argiuis confirmat, quos iuuat contra Epidaurios, & viciſſim Lacedæmonij Epidaurios iuuant contra Argiuos, *nu.* 1. Romæ impetrati Quæſtores nec facti, quamuis candidati filius & frater eſſent Tribunorum, *num.* 3. Pompilia Veſtalis ob mores cultumque liberiorem, de inceſtu cauſam dixit, & primum ampliata, deinde abſoluta eſt, *num.* 5.

*Pompilia.*

An. mu. 3636 Lacedæmonij contra Argiuos pugnaturi temerè reuocantur, *num.* 1. magno vtriuſque populi dolore, & peccantium pœna, *n.* 2. Pugna & victoria Spartanorum de Argiuis pro Tegeatibus, *nu.* 4. mox tamen pacem ineunt, & armorum ſocietatē ad annos 50. relicta Athenienſium ſocietate, *nu.* 7. Seruilis coniuratio Romæ detecta, *num.* 8.

*Seruilis cõiuratio.*

A. m.

An.m.3637. Olygarchia Sicyone, & Argis conſtituitur, *num.*1.2. Et mox Democratia Argis reſtituitur, *n.*2. Argiui rurſus Athenienſibus iunguntur, & à Lacedæmonijs vexātur, *n.*3. muris longis eorum euerſis, *ibid.* Romani contra Leuicanos primo malè rem gerunt, *num.*4.5. Deinde creato Dictatore Leuicos capiunt ac diripiunt; eò Senatus coloniam mittit, *num.*5.

An.m.3638. Alcibiades dux erat pro Athenienſibus cum 20. nauibus *nu.*1. Athenienſes Melios victos crudeliter tractant, vt dudum Mitylenæos, *nu.*2. Prædæ mutuæ Athenienſium & Lacedæm. *nu.* 3. Athenienſes imperium Siciliæ ambiunt, *nu.*3. *Oly.* XCI. *V.C.*337.

An.mu.3639. Apparatus ad bellum Siculum, *nu.*1. quod Nicias diſſuadet, ei repugnat Alcibiades, & expeditionem 60. nauium vrget, *n.*4. in qua ipſe cū Nicia & Lamacho Imperator fuit, *nu.*5. claſſem tripertitò diuidunt; contra eos Syracuſani ſe præparant, *n.*6.7. tota claſſis Catanam confluit, *num.*8. Alcibiades Athenas reuocatur, ſed is Spartam abit, & in patria capite damnatur, *num.* 9. Athenienſes primum contra Syracuſanos feliciter pugnant, tum Nicias auxilia à ſuis petit, Syracuſani à Lacedæmonijs contra eos, *Bellum Siculū Athenienſium.* *Alcibiades deficit à ſuis.*

& im-

& impetrant Alcibiade hortatore, *nu.* 11. Romæ agrariæ turbæ per aliquot Tribunorum interceſſionem euanuere, *num.* 12.

*Athenienſium clades in Sicilia.*

An. mun. 3640. Athenienſes Niciæ ſubſidia mittunt Eurymedontem, & Demoſthenem cum pecunijs, *num.* 1. 2. & Corinthiorum ſubſidia impedire parant, *n.* 3. ſicut Laconis irruptionem in Atticam, *ibi.* Diagoras cognomento Atheus Athenis profugit, quē qui occidiſſet talentum argenti præmium propoſuerunt. Romani Volanos domuerunt, *num.* 4.

A. m. 3641. Decimus nonus belli Peloponneſiaci Athenis luctuoſiſſimus fuit, Deceleâ occupata, à Lacedæmonijs quæ perpetuo vexaret Athenas, *n.* 1. & 5. Nouæ copiæ contra eas Siciliā petunt, vbi maximis cladibus à Syracuſanis afficiuntur, *num.* 3. *&* *ſeqq.* Nauali prælio ab eis ſemel, iterum, tertio vincuntur, *num.* 8. 9. 10. de fuga cogitant, ſed omnes eis vias Syracuſani præcludunt, *num.* 11. 12. Abeunteſque mire vexant, *num.* 13. &c. Demoſthenes cum ſuis deditionem facit, *num.* 15. moxque etiam Nicias, *num.* 17. Athenienſes ſeruituti addicti, duces interfecti, *n.* 1. 8. Miſer Athenienſiū ſtatus, *nu.* 19. 20. 21. plerique paſſim populi ab

eis

eis deficiunt, *ibid.* Romæ M. Poſthumius Tribunus à ſuis militibus occiditur, *num.* 23.

An. m. 3642. Deficiunt ab Athenienſibus, ſocijs & Perſæ Lacedæm. ſe adiungunt, *nu.* 1. qui cum Alcibiade pugnant apud Miletum contra Athenienſes, *nu.* 2. à quibus Rhodus deficit, *n.* 2. Alcibiades trãſit ad Perſas, apud quos ſibi reditum parat in patriam, *num.* 4. eiſque conciliat Athenienſes, *ibi.* quorum principes inuitat ad Olygarchiã, *num.* 5. Phrynichus ei reſiſtit, & occiditur, *nu.* 8. Piſander cauſam Alcibiadis feliciter agit, *num.* 9. Nihilominus Perſa fœdus cum Laconibus tertiò renouat, *num.* 11. Romæ inquiritur in autores Poſthumianæ cædis, *num.* 12. *Oly. XCII. V.C. 341.* *Alcibiades tranſit ad Perſas.*

An. m. 3643. Bell. 21. Helleſpontus ab Athenienſibus deficit, opera Dercyllidæ, *num.* 1. Olygarchia paratur tam Athenis, quam in caſtris, *n.* 2. 3. creantur Decemuiri, *num.* 4. mox 400. conſtituuntur, à quibus Senatus abrogatur, *num.* 6. in caſtris Sami Olygarchia vacillat; ſed firmatur Democratia opera Thraſybuli, qui cum ſuis coniurat in 400. Alcibiades recipitur ab exercitu, *num.* 10. 11. Quadringenti ſibi metuunt, *num.* 13. exautorantur, *nu.* 15. Spartam fugiunt, *ibid.* Spartani Helleſpon- *Olygarchia Athenis conſtituitur, & mox euertitur.* *Thraſybulus.*

pontum petunt, vbi ab Athenienſibus vincuntur, *nu.*16.

A. m. 3644. In Helleſponto iterum pugnatur, & Peloponneſij vincunt, *n.* 4. iterum pugnatur, & alternāte victoria Alcibiades cum 20. nauibus ſuperueniens, victoriā attulit ſuis, *nu.* 2. qui mox à Tiſſapherne capitur, ſed fuga elapſus Cyzicū petit cum Theramene, vbi nauali pugna Lacedæmonios circumuētos ſuperat, & Cyzicum capit, *nu.*5. Lacedæmonij Athenā legatos de pace mittunt, *num.* 6.

Roma morbis & annona laborat, *num.*7.

*Pharnabazus dux Perſa.* An. m. 3645. Pharnabazus afflictos Peloponneſios conſolatur, & iuuat, *n.* 1. Thraſylus Agidem regem prædas agentem repellit, *ibidem.* Siculi cladem ab Afris accipiunt, *num.* 2. In Italia arx Caruentana ab hoſte occupata à Conſule recipitur, licet Tribuno plebis delectum impediente, *nu.* 3.

*Olymp.* XCIII. *V.C.*345. *Polydamas athleta.* An. m. 3646. Polydamas Theſſalus pancratio vincit, vir mirabili fortitudine, *num.* 1. Thraſylus Athenienſis in Aſia non infeliciter rē gerit; Epheſum tamen, defendente Tiſſapherne, irrito conatu aggreſſus eſt, *ibid.* Pharnabazus ad Abydum ab Alcibiade ſuperatur, qui captos Sacerdotes ſine pretio dimiſit, *num.* 3. Quæ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Quæſtores plebeij primum Romæ creati, *nu.* 4. Arx Caruentana ab hoſte rurſum capitur, *nu.* 5. *Quæſtores plebeij.*

A. m. 3647. is eſt Sabbaticus 152. & belli Peloponneſiaci annus 25. Res ab Alcibiade geſta Chalcedone & Bizantij, *num.* 4. *& ſeq.* Pylus à Spartanis recuperatur poſt annos 19. *nu.* 6. Romæ Dictator dictus ad Antium Æquos & Volſcos facile ſuperat, *num.* 7. *Pylus recipitur.*

An. m. 3648. Legatio Athenienſium in Aſiam diu à Pharnabazo diſtinetur, *nu.* 1. Alcibiades redit Athenas ritu pene triumphali, *num.* 2. 3. ibi eſt in magna gloria, *nu.* 5. quæ Andro non capta deteritur, *nu.* 7. Lyſander Nauarchus Lacedæmonum metuens Alcibiadem ſubſiſtit Epheſi, *n.* 9. contra eum iniuſſus pugnat Legatus Alcibiadis, & victus perit, *nu.* 10. Alcibiades propterea Athenis exautoratur, *n.* 12. Calliciatidas ſuccedit Lyſandro, *nu.* 13. qui inopia laborans cogitur abblandiri Perſis, *nu.* 14. Methymnam Leſbi diripit, & Cononem Athenienſem 30. nauibus ſpoliat: & reliquam eius claſſem obſidet Mitylenæ Ei opem ferunt Athenienſes cum 150. nauibus, pugnatur ad Arginuſas, Athenienſes merſo Callicratida vincunt, *num.* 27. 28. qui tamē ſuos victoriæ autores iniuſtiſſime da- *Alcibiadis reditus in patriam.* *Lyſander.* *Athenienſium inſignis iniuſtitia.*

damnant, *num.* 19. moxque facti eos pœnitet, *num.* 20. ſed paulo poſt à Lyſandro iuſtiſſimas pœnas dedere, *ibid.* Lyſander iterum poſcitur belli dux, & Epheſum venit, *ibid.*

*Dionyſius tyrannus Syracuſis. Sophoclis & Euripidis mors.*

Dionyſius Siracuſis tyrannidem ad 38. annos occupat, *num.* 21. Sophocles moritur annos 90. natus, aut potius 80. *num.* 22. moritur quoque Euripides, *num.* 22.

*Finis belli Pelopon. Lyſander ſuperat, atque affligit Athenienſes.*

A. m. 3649. Moritur Darius Nothus rex Perſarum, *nu.* 1. finitur bellum Pelopon. an. 27. quo Deus Athenarum ſuperbiam Lacedæmonijs proculcandá dedit, *nu.* 2. Lyſander ingentes copias parat, & pecunias à Cyro domum abeunte accipit. Pugna paratur ad Ægos potamos; Lyſander non dat Athenienſibus pugnæ copiam, moxque improuidos inuadit, ac ſine pugna vincit, *num.* 7. 8. nouem tantum naues euadunt. Captiuos Lyſander ad tria millia interficit; tum omnibus Athenienſium oppidis occupatis tyrannos vbique conſtituit. *num.* 11. Athenas Lacedæmonij terra mariq; obſident, *num.* 11. & fame ad quaslibet pacis conditiones compellunt, *n.* 13.

Anxur Volſcorum vrbs capitur à Romanis, ac diripitur, *n.* 16. & 17. Stipendia militi è publico dari cœpta, *ibi.*

A. m.

Anno mun. 3650. Artaxerxes Mnemon regnare incipit, patrique ſuccedit, *n.*1. Lyſander deuictis Samijs, qui adhuc pro Athenienſibus ſtabant, in patriam quaſi triumphans reuerſus eſt, *n.*8. quæ fuerunt reliquiæ belli Pelopon. *ibid.* quod Xenophon 28. annorum fuiſſe tradit, *nu.*2. Cyrus regnum fratris ambit, *num.*3. quem Artaxerxes matris precibus donat, & in ſuam præfecturam remittit, *ibid.* 30. tyranni Athenis à Lyſandro conſtituti, *nu.*5. Samum deditione capit, moxque cum magnis ſpolijs, pecunijſque Spartam nauigauit, *n.*8.9. pecuniam Sparta reformidat, *num.*9.10. Alcibiades morti deſtinatur à tyrannis, *num.*11. in Phrygia occiditur, *n.* 12. annos natus fere 50. *ibid.*

*Artaxer. Mnemon.*
*Olymp.* XCIV.
*V.C.* 349.
*Cyrus poſterior.*
30. *Tyranni Athenis.*
*Alciadis mors.*

Romæ decennale bellum in Veios inchoatum eſt, *n.* 13. Democritus ſenex moritur, odore panum calidorum triduo viuit, *n.*13.

An. mu. 3651. Cyrus iterum tyrannidem molitur, *n.*1. clam multis in locis copias cogit, *n.* 2. Artaxerxis mores commodi, *n.* 3. Lyſander ad regnũ apud ſuos aſpirat etiam ſubornandis oraculis, *n.* 5. diuinis honoribus afficitur, *nu.* 6. Romani Veiorum obſidionem vrgent, interim Artenam vrbem

*Lyſander regnum ambit.*

Vol-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Volſcorum cum arce occupat, & diruunt, *n.* 7.

*30. tyranni Athenis fugantur.*

An. m. 3652. Triginta tyranni Athenis ſæuiunt, 1. 2. Thraſybulus in eos inſurgit cum alijs exulibus, *n.* 3. eoſq; victos fugat ab vrbe. Pauſanias res pacificat, *n.* 4. Cyrus etiamnum expeditionem parat in fratrem, *n.* 5. & Romani Veios obſident, etiã hyeme, *n.* 6. 7.

*Bellum & mors Cyri iunioris. Paryſatis ſaua mulier.*

An. mu. 3653. Cyrus expeditionem mouet in fratrem, *nu.* 1. Tiſſaphernes regem monet, *n.* 2. Lacedæmonij Cyro fauent, *n.* 4. In regia regis mater Paryſatis, & vxor Statira rixantur, & illa hanc inſigni fraude veneno tollit, *n.* 6. concurrunt acies, fratres pugnant, Cyrus vulneratus occiditur, *n.* 8. Græci in patriam redeunt, *n.* 10 Tiſſaphernes pleroſque eorum perdit, *nu.* 1. Ad Veios priuatæ inimicitiæ cladem afferunt Romanis, *n.* 13.

*Olymp. xcv. V. C. 353. Bellum Spartanũ in Perſas. Socratis mors.*

An. m. 3654. Eſt annus Sabbaticus 153. ſemina belli inter Perſas & Lacedæm. qui Thimbronem primum, deinde Dercyllidam in Tiſſaphernem mittunt, *n.* 2. 3. Socrates accuſatus impietatis, & corruptæ iuuentutis cicutam bibit, *n.* 3. Accuſatores Anytus & Melitus mox damnantur, ille occiditur, hic abit in exilium, Socrati ſtatua erigitur, *ibid.* Romæ turbæ Tribu-

nicæ,

bunicæ, Anxur fruſtra oppugnatur, Veiorum obſidio continuatur, Patricij Tribunatum fruſtra ambiunt, *nu.* 4.5.6.

An.mun. 3655. Dercyllidas duces Perſarum inter ſe ſuſpectos reddit, *n.* 1. Aſianos Græcos liberos reddit, diebus octo 9. oppida cœpit, & per inducias tuto hyemē traducit, *n.* 2. Conon claſſi Perſarum, ope Pharnabazi, præficitur, *nu.* 3. Hoc primum anno, Plebi Romæ patuit aditus ad Tribunatum conſulari poteſtate. Anxur in Volſcis receptum eſt, *n* 4. *Dercyllidas.* *Conon.*

A.m. 3656. Ineunte vere Dercyllidas prorogato ſibi imperio rem bene gerit in Thracia, & Cherſoneſum muro claudit, *nu.* 1. Profectus in Cariam cum Perſis de pace agit, cuius conditiones Spartam & in Perſidem perferuntur, *n.* 2. Romæ peſtis valde graſſatur, ideoque Lectiſternia tribus lectis dijs octiduo magnifice apparatis, primum inſtituta. Res ad Veios bene geſta, profligatis Capenatium & Faliſcorum auxilijs, *n.* 4. *Lectiſternia.*

A.m. 3657. Rex Agis Spartæ moritur, Ageſilaus ei ſuccedit ope Lyſandri, victo, Æmulo Leotychide, *nu.* 1. & 2. Perſis claſſem in Phœnicia trecentarū nauium habentibus, Ageſilaus in eos ex- *Ageſilaus cōtra Perſas.*

expeditionem parat, Lyſandro comite, cuius gratia apud Ageſilaum in inuidiam verſa eſt. Interim Tiſſaphernes neglecto iureiurando, acceptis maioribus à ſuo rege copijs Ageſilaum prouocat, qui declinato hoſte equitatum parat, *n.7.*

Romæ tribuni conſulari poteſtate hoc anno omnes è patricijs creati, *nu.* 7. Lacus Albanus præter modum excreſcit, *num.* 8. Zeuxis pictor floret, *ibid.*

*Olymp.* XCVI. *V.C.* 357. *Tiſſaphernis mors.* An. mun. 3658. Xenocrates naſcitur Ageſilaus feliciter pugnat cum Tiſſapherne, qui apud regem accuſatus à ſuis, id agente Pariſatida occiditur, à Titrauſte ipſius ſucceſſore, *nu.* 2. Hic pacem cum Græcis quærit, vt Ageſilaus Græciam repetat. At is augetur Claſſis imperio, *n.* 3. *Titrauſtes Perſa.* Itaque Titrauſtes Græcos largitione corrumpit, vt Lacedemonijs bellum inferant, vt Ageſilaus reuocetur in Peloponneſum, *n.* 4. *Thebanorum bellū contra Spartam.* Thebani bellum inchoant, contra quos Lyſander & Puſanias mittuntur, quorum ille in bello cadit, Pauſanias victus à ſuis damnatus, Tegeam fugit, ibique morbo extinguitur, *Pauſaniæ mors.* *n.* 5. Interea Ageſilaus rem bene gerit in Phrygia, & Pharnabazum ad defectionem hortatur, *num.* 7.8. *Conon.* Conon Athe-

Athenienſis Perſicæ claſſis præfectus, bellum parat in Lacones, *n.* 9.

Romæ Tarquinienſes noui hoſtes exorti facile oppreſſi ſunt, *n.* 10.

A.m. 3659. Ageſilaus in patriam reuocatur, Ageſipolis filius Pauſaniæ victoriam de Thebanis, alijſque Perſica pecunia corruptis obtinet, *nu.* 1. 2. At Conon viciſſim cum Pharnabazo Lacones claſſe vincit. Contra Ageſilaus Thebanos ad Coronæam ſuperat, *n.* 3. & 4. maris tamen imperium Spartani opera Cononis amittunt, *nu.* 5. 6. Romani cõtra Faliſcos rem male gerunt; Ideoque Furius Camillus Dictator dicitur, qui hoſtem vincit, & Veios denique expugnat, *n.* 9. 10. poſt decennale bellum, *n.* 13. *Conon.* *Camillus Dictator.*

An.mun. 3660. Ageſilaus rem bene gerit in Acarnanes & Argiuos. At Conon inſtaurat Piræeum, & longos muros, *n.* 1. 2. Conon à Teribazo in vincula conijcitur, *nu.* 3. Capenates à Romanis vaſtati, pacem petunt & obtinent, *n.* 4. De colonia Veios mittenda plebs tumultuatur. Matronæ ſuo ſumptu, donum Apollini conferunt, *nu.* 5. vide an. ſeq. *n.* 6.

A.m. 3661. Teribazus cum Antalcida ad regem Artaxerxem de pace adit, *num.* 1. Traſybulus pro Athenienſibus

H rem

rem bene gerit in Thracia, &c. Te-
*Teleutias dux egregius.* leutias autem pro Spartanis, *n.* 2. Exercitus in Teleutiam ſtudia, *ibid.* Camillus rem bene gerit contra Faliſcos, *nu.* 3. Proditionem Ludi magiſtri execratus, Faliſcos demeritus, eos ad pacem mouet, quam & impetrant, *n.* 4. 5.

A. m. 3662. Athenienſes obſident Æ-
*Ol. XCVII. V. C. 361. Coſſ. iterũ creati.* ginetas, ſed Gorgopas cogit Athenienſes ſoluere obſidionem, *n.* 2. Romæ iterum poſt 5. annos creati ſunt Coſſ. *n.* 3. Populus tumultuatur pro Veiana tranſmigratione, *num.* 4. legis rogatio impeditur, *n.* 5. Largitione Veientani agri *ibid.*

A. mu. 3663. Teleutias Spartanus e-
*Teleutias.* xemplum mirabile boni ducis, *num.* 1. Audax eius in portu Athenienſium facinus; quos etiam deinceps diuexat, *n.* 2. Romę Coſſ. magnos ludos fecere,
*Magni ludi Romæ.* quos Camillus Veienſi bello vouerat, Ædes quoque Iunonis reginæ, ab eodem vota dedicatur, *n.* 3.

An. m. 3664. Initia belli inter Arta-
*Bellum Euagoræ in Perſas.* xerxem & Euagoram Cyprium, qui Salaminam Cypri occuparat, *n.* 1. Eodem tempore Thraſybulus præclarus
*Thraſybulus.* Athenienſium dux, & Teleutiæ Lacedæmonij ſuppar, dum Rhodiam expeditionem contra eum ſuſcipit, ab Aſpendijs in Pamphilia occiditur, *n.* 2.

Ro-

*Camillus exul.*

Romani Volſinienſes victos ad inducias vicennales admittunt, *nu.* 3. quando Camillus in exilium abire coactus eſt, *n.* 4. Cluſini opem à Romanis petunt contra Gallos, quos cum Romani legati offendiſſent, bellum contra eos parant.

*Bellum Gallicum.*

An. mu. 3665. qui eſt vrbis 364. eam Galli occuparunt, *n.* 3. Ad Alliam fluuium primùm à Romanis male pugnatum eſt, *nu.* 6. Mox Galli vrbem inuadunt, *n.* 9. diripiunt; cædibuſque deformant, & arcem fruſtra tentatam obſident, *n.* 10. 11. Eos Ardeæ Camillus inuadit, ac cædit. Inde euocatus Dictator creatur, *n.* 13. Galli Capitolium tantum non occupant, *n.* 14. de pace agunt, *num.* 15. à Camillo gemino prælio delentur, *ibid* triumhpat, & rogationem de Vrbe deſerenda diſcutit, *n.* 17.

*Galli à Camillo delentur.*

*Olymp.* XCVIII. *V.C.* 365. *Pax Antalcidæa.*

A. m. 3666. Pax Antalcidæa confecta eſt Perſas inter & Græcos, *num.* 1. 2. *& ſeqq.* Lacedæmonij iubent Mantinæos ſuos muros diruere, recuſantes obſident, *num.* 5. ab Ageſipoli ad deditionem coguntur, *nu.* 7. & diruto muro vrbs quadripertitò diuiditur, *ibid.* Romæ vrbs inſtauratur. Eodem tempore Volſci, Æqui, &c. in Romanos arma mouent, in quos Camillus

*Mantinæa quadripertita.*

fit III. Dictator, eos omnes vincit, deque iis triumphat, *n.* 13.

*Bellum Olynthiacum.* An. m. 3667. Spartani contra Olynthios mouent, *num.* 1. Arcem Thebanam Cadmæam, obiter proditione occupant, *n.* 2. Romani Æquos peruaſtant, & Capitolium magnificentius extruunt.

A. m. 3668. Teleutias rem bene gerit contra Olynthios, *n.* 1. Perſæ contra Euagoram pugnant, *nu.* 2. Commoda Cypriorum initia, ſed progreſſus deterior, *nu.* 3. Euagoras adit Ægyptum auxilij cauſa, *ibid.* Romæ tribus auctæ ad 25. *n.* 4. eſt autem hic annus Sabbaticus 155. *ibid.*

*Euagoras adit Ægyptum.*

A. mu. 3669. Olynthij magna clade Spartanos afficiunt, vbi & Teleutias occiditur, *nu.* 2. Euagoras pacem init cum Perſis Cypro cedens, Salamina contentus, *n.* 4. Camillus contra Volſcos eorumque ſocios III. Dictator, vincit magnifice, *n.* 5. 6. 7.

*Oly. XCIX. V. C. 369. Ortus Ariſtotelis. Teribazus.* A. m. 3670. Ageſipolis contra Olynthios profectus, ibi breui moritur, *n.* 1. Naſcitur Ariſtoteles, triennio ante Demoſthenem, *num.* 2. & Parmenides floret, *nu.* 3. Teribazus, quem Orontes calumnijs oppreſſerat, abſoluitur, & à rege honoratur, Orontes ignominia notatur, *n.* 5. Iudiciorum ſeueritas

ritas in Perſide, *ibid.* Artaxerxis cru- *Perſarum*
delitas, *num.* 6. ſicut & aliorum Perſa- *ſæuitia.*
rum, *ibid.* M. Manlius regnum ambit, *M. Man-*
contra quem Cornelius Coſſus Di- *lius.*
ctator creatur, qui eum in vincula
conijcit, *n.* 10. Orta plebis ſeditione e-
ducitur è carcere, fitque dux ſeditio-
nis; *n.* 11.

An. m. 3671. Ageſilaus Phliaſios do-
mat, poſt diutinam obſidionem, *nu.* 2. *Ortus Phi-*
Naſcitur Philippus Alexandri Magni *lippi.*
pater, *ibid.* Manlius in iudicium voca-
tur, damnatuſque è Tarpeio monte
deijcitur, *n.* 3. 4. 5.

An. m. 3672. Olynthij à Polybiade
fame domiti, fiunt Laconum ſocij,
*nu.* 1. Coloniæ Romanæ tumultuan-
tur, *n.* 2.

An. m. 3673. Lacedæmonij maximè
florent hoc tempore, *n.* 1. Demoſthe- *Ortus De-*
nes naſcitur, *num.* 2. Genus eius non i- *moſt.*
gnobile, *n.* 3.

A. m. 3674. Præneſtini Satricū Co- *Olymp.* c.
loniam Romanam expugnant, contra *V.C.* 373.
quos miſſus Camillus, reus à Collega
in diſcrimen adductam, reſtituit, *nu.* 2.
3. Camilli in eumdem collegam hu-
manitas, *n.* 4.

A. m. 3675. contra Præneſtinos Di-
ctator creatur Quintius Cincinna-
tus, qui ſemel acie victor, binis ho-

ſtium caſtris & 9. oppidis vi captis, Præneſte quoque in deditionem accepto, Romam triumphans reuertitur, & 20. die depoſuit dictaturam, *n.* 3. & 4.

*Cadmea recipitur.* A.m.3676. Cadmea Thebanorum arx recipitur, & potentia Lacedæmoniorum cœpit, *n.*1. Hinc bellum inter eos exarſit. Romæ Præneſtini rebellant, nec bene res geritur à Manlijs contra Volſcos, *n.* 6.

*Bellum Thebanum in Lacones.* A.m.3677. Lacedæm. duce Cleombroto bellum in Thebanos mouent, ob recuperatam libertatem, *n.*1. Thebani Athenienſes in belli ſocietatem trahunt, *n.*2. Cleombroto rem indulgentius agente, Ageſilaus eius frater ſufficitur, *num.*4. Romæ ſeditio, ob æs alienum, excitatur, ſed dilatione obtenta, in Volſcos itum eſt prædatum potius, quam pugnatum.

*Olym.* CI. *V.C.* 377. A.m.3678. Ageſilaus copias educit in Thebanos, quos Phœbidas populatur, ſed ab ijs in pugnæ neceſſitatem coniectis, interficitur, *num.*2. Romani ad Sutricum expeditione ſuſcepta, Volſcos Latinoſque vincunt; *n.*3. Antiates feſſi malis ſe Romanis dedunt, *Anarchia quingennis Romæ.* Latini Tuſculum occupant, vbi mox opprimuntur, *num.*4. Plebe Conſulatum ambiente, Anarchia Romæ ad-

an-

annos 5. facta eſt, *n.*6. Sequentib. quoque annis aliquot Spartani & Thebani mutuis ſe damnis afficiunt.

A.m.3681. Duo Achaiæ oppida Bura & Helice terræ motu & inundatione funditus pereunt, *nu.*1.2. Philippus pater Alexandri Thebis obſes triennio, apud Epaminondam militiæ rudimenta poſuit, ann. vndecim natus, *n.*3. Athenienſes rogatu Thebanorum vexant Spartanos, duce Timotheo, qui etiam Corcyram occupauit, & Lacedæmonios claſſe vicit. Romani hoc anno quoque carent curulibus magiſtratibus.

*Bura & Helice.*

*Philippus obſes Thebis.*

A.m.3682. Thebanorum in Phocidem expeditio, *n.*1. An. Sab. 157. Spartani Phocenſibus opem ferunt, *ibid.* & Corcyram obſident, *num.* 3. quæ fame premitur. Eis auxilio veniunt Athenienſes duce Iphicrate, cuius ope ſoluitur obſidio, & dux Laconum Mnaſippus interficitur, *n.*5.

*Olym.* CII. *V.C.*381.

A. m. 3683. Leuctrica pugna, qua Lacedæmonum vires pene cōcidêre, *n.*1. *& ſeqq.* Cleombroti imprudentia, & virtute Epaminondæ, *num.* 6. & 8. Romæ hic poſtremus annus Anarchiæ fuit.

*Leuctrica pugna.*

*Epaminondas.*

A.m.3684. Bellum à Lacedæmonijs & Thebanis inſtauratur. Sed Iaſonis

*Iaſon Theſſalus.* Theſſali opera induciæ fiunt, *nu.* 1.2.3. qui mox in patriã reuerſus occiditur, *ibid.* Romæ reſtituti ſunt Tribuni cõſulari poteſtate, qui hoſtem Tuſculo ſummotum; & Velitras compulſum obſidere cœperunt, *n.* 4.

*Pax Antalcidæa. Mantinæa reſtituta.* A. m. 3685. Pax Antalcidæa, quam Artaxerxes Mnemon conſtituerat, renouatur, *num.* 1. & Mantinæi quos Spartani per pagos habitare coegerant, vrbem ſuam communiunt, atque reſtituunt, *n.* 2. quæ cauſa fuit renouati belli, *num.* 3. Tribuni quærunt plebi conſulatum, *n.* 4.

*Oly.* CIII. *V.C.* 385. *Dionyſius tyrannus moritur. Sparta occupatur à Thebanis.* A. m. 3686. Ariſtoteles & Eudoxus Platonis auditores, *n.* 1. Dionyſius Siciliæ tyrannus ad annos 38. crapula moritur ætatis a. 63. Thebani cum ſocijs Spartã ipſam inuadunt, cui Athenienſes rogati opem ferunt, Iphicrate duce. At Romæ præter Tribunos militares Camillus creatus eſt Dictator ad impediendas rogationes Tribunitias. Qui cum vitio creatus diceretur, ei P. Manlius ſuffectus eſt Dictator, & Plebeius conſulatus impeditus eſt, *n.* 10. 11.

A. m. 3687. Athenienſes & Lacedæ. conſpirant in Thebanos, à quibus, clade affecti ſunt. Arcades Thebanos deſerunt, dum alternatim cum eis imperare

perare volunt, vt Athenienſes & Lacedæm. *nu.* 2. Romæ decemuiri ſacrorum ex Patribus & Plebe creari cœpti. Pugnatum eſt contra Gallos à Camillo V. Dictatore, qui de ijs triumphauit, an. 23. poſt Romam ab ijſdem captam, *n.* 4.

A. m. 3688. Multæ legationes ad Perſam factæ, ſed Pelopides Thebanus apud regem omnibus authoritate præſtitit. Epaminondas Achæos ſubijcit, *n.* 1. 2. Inſignis hic annus fuit Plebeio Conſule L. Sextio, nequicquam Senatu & Dictatore repugnante, Prætura inſuper, atque Ædilitate curuli, *n.* 3. & 4. *Pelopidas. Epaminondas. Conſul Plebeius.*

A. m. 3689. Moritur Artaxerxes cognomento Memor, anno regni 40. *n.* 1. & 2. de eo multa ſcripta ſunt in vtrãque partem, *n.* 1. *& ſeqq.* Archidamus Spartæ rex, in pugna contra Arcades vulneratus, vincitur, *n.* 5. Romæ peſtilentia Cenſorem, Ædilem curul. & tres Tribunos ſuſtulit, *nu.* 6. & inſuper Furium Camillum, annis 25. poſt Romam receptam, *ibid.* *Mors Artaxerxis.*

A. m. 3690. Artaxerxes Ochus Perſarum imperio, paternoque ſuccedit, ordine nonus, *n.* 1. eius initia cruenta, *n.* 4. Eo imperante Iaddus Hieroſolymis Pontifex fuit, *n.* 2. Arcades pecu- *Olym.* CIV. *V.C.* 389. *Ochus Imperat. Iaddus Pontifex.*

niam ſacram ex templo Iouis Olympici, in vſus profanos conſumunt, *nu.* 5. Inde bellum in eos exortum; ſed pro ijs ſteterunt Thebani duce Epaminonda, *nu.* 7. qui Spartam improuiſus aggreditur parum feliciter, *n.* 9. moxque etiam contra Mantinæos pugnat. Denique contra vniuerſam pene Græciam pugnans dubia victoria vincit, & occumbit, *n.* 11. 12. Romæ perſeuerante morbo, in remedium turpiſſimi Ludi Scenici ſunt inſtituti, *n.* 14. 15. &c.

*Ludi Scenici.*

An. m. 3691. Græci feſſi bellis pacem componunt, exceptis Lacedæmonijs, propter Meſſenios, quos opprimebant, nec fœdere communi contineri volebant, *num.* 1. 2. Roma adhuc laborante Dictator claui figendi cauſa dictus eſt, *n.* 3.

*Dictator clauo figendo.*

*Defectio magna à Perſis.*

An. m. 3692. Bellum Megalopolitanum, *nu.* 1. Plurimæ in Aſia prouinciæ cum præfectis ſuis à Perſis deficiunt, *n.* 2. 3. Ægyptus quoq; in Perſam bellum mouet, *nu.* 4. vna cum Athenienſibus duce Chabria, & Lacedæmonijs cum Ageſilao, *num.* 4. & nutabat Perſicum imperium, niſi varijs proditionibus qui defecerant ſe prodidiſſent, tam in Aſia, quam in Ægypto. Romæ Manlius exdictator accuſatur, ſed eius filius cogit Tribunum cauſam deſe-

rere, *num.* 7. 8. M. Curtius ſe in profun- *Curtius.*
dum terræ hiatum vltro præcipitat, *n.*
9. Genucius Conſul Plebeius ab Her-
nicis occiditur, Appius Claudius Di-
ctator rem ægre reſtituit, quarta mili-
tum parte amiſſa, *n.* 10.

A. m. 3693. Datames pro Rege Per- *Datames.*
ſarum primum, deinde contra eum e-
gregie ſe gerit, *n.* 2. *& ſeqq.* In Ægypto
pater bellum gerit contra filium, Ta-
chos contra Nectanabum; ſed Pater
ope Ageſilai regno reſtituitur. Verum
Ageſilaus dum Spartam redit, mori-
tur, *num.* 6. Romæ dictator creatur in
Gallos. T. Manlius ſingulari certami-
ne Gallum vincit, & torque illi ſubla- *Torqua-*
to dictus eſt Torquatus. Galli bellum *tus.*
deſerunt, *n.* 8. 9.

*Olymp.* CV
A. m. 3694. Philippus Pater Alexan- *V.C.* 393.
dri regnare cœpit, ad annos 24. *nu.* 1. 2. *Regnum*
Xenophon moritur, *num.* 3. ſeries re- *Philippi.*
gum Macedoniæ, *nu.* 4. familia regis *Reges Ma-*
Amyntæ, *n.* 5. Quis ſtatus regni Mace- *cedoniæ.*
doniæ hoc tempore, *nu.* 8. Quod rebus *Datamis*
remedium attulerit Philippus, *nu.* 9. *cædes.*
Datamis miro ſtratagemate fallitur,
atque perimitur, *n.* 10. & 11. Conſul in
Tyburtios arma parat, & Dictator in
Gallos dicitur, *nu.* 12. vtrique vincun-
tur, *n.* 13. Hernici quoq; à Fabio Con-
ſule profligantur, *ibid.*

*Initia Philippi.* A. mun. 3695. Philippus pacem init cum Athenienſibus, Pœones vincit, *n.* 1. Illyricum bellum agitat, *nu.* 2. Tyburtini Romanos magno ſuo damno inuadunt, *nu.* 3. Popilius Lænatis cognomen acquirit, *ibid.*

A. m. 3696. Philippus vincit Illyrios, alioſque deinceps populos, *nu.* 1. 2. Amphipolim quoq; expugnat, & occupat, *n.* 3 Pydnam ſubigit, Olynthum ambit, cui Pydnam & Potidæam occupatas tradit, *n.* 4. *Sociale bellum.* Sociale bellum ab Athenienſibus inchoatur, *nu.* 4. quod ab ipſis ſocij defeciſſent, *ibid.* Res in Tarquinienſes non bene geſta; at in Hernicos ſecius, *num.* 5. Dictator iterum dictus contra Gallos, nutat victoria, & ad Romanos denique tranſit, deque ijs Sulpitius Dictator triumphat, *n.* 7. duæ tribus additæ, *ibid.*

An. m. 3697. Philippus tyrannidem delet in Theſſalia, & Theſſalos ſibi *Olympias.* deuincit, *n.* 1. Olympiadē ducit, filiam Regis Moloſſorum, *nu.* 2. Phocenſes Delphicum fanum ſpoliant, & bello ſacro decennali cauſam præbent, *nu.* 3. ſed id melius in biennium differtur, *ibid.* Priuernates à Marcio Conſ. victi, triumphatique, *n.* 4.

*Olym. cvi. V. C. 397.* An. m. 3698. Bellum ſociale geritur ab Athen. duce Chabria, & Charete, contra

contra Chios (vbi Chabrias temere perit) Rhodios & Byzantios. Chares collegas calumniatur, & Pharnabazi defectionem pecunia victus iuuat, *n.* 2. Ea de re Rex cum Athenienſibus expoſtulat, & bellum Sociale finitur, *num.* 3. Aliud exoritur bellum Sociale contra Philippum, quod is celeriter opprimit, *num.* 4. Hoc anno naſcitur Alexander Magnus, *num.* 5. Geminum bellum à Rom. conficitur contra Tiburtinos, & Faliſcos, *nu.* 6. Et primus è plebe Dictator dicitur in Etruſcos, *num.* 7. de quibus victis triumphauit, *ibid.* *Alexand. Mag. naſcitur. Dictator è plebe.*

An. m. 3699. Bellum ſacrum nunc conflatum ad 9. annos, eius Flabellum Philomelus, qui Regem Archidamum eo implicat, *nu.* 2. Locros ad Fani defenſionem accurrentes vincit, *num.* 3. Demoſthenes Remp. adit, annos natus 27. ſcripſitque Orationem contra Andrationem, & de Immunitatibus, *num.* 4. *Bellum ſacrum. Demoſthenes adit Rempub.*

An. m. 3700. Bellum ſacrum Philomelo duce augetur, ope Lacedæmonij & Athenienſ. Is Locros iterũ, Theſſaloſque vincit, *n.* 1. 2. moxque à Bœotis victus, è prærupto ſaxo ſe dat in ꝑceps. Ei ſuccedit Onomarchus, *numer.* 3. Philippus Macedo Methonem

expugnat, & direptam ſolo æquat, *n.* 4. Demoſthenes de Claſſibus orationem habet, *n.* 5. Romæ duo Coſſ. Patritij magna contentione facti ſunt: ab ijs victi Tyburtini & Tarquinienſes, ſed hi acerbe tractati ſunt, *nu.* 7. Samnites autem ad amicitiam recepti, *ibid.*

An. m. 3701. Bellum ſacrum ab Onomarcho renouatur, *num* 1. Sed is ad Cheronæam à Thebanis vincitur. Phayllus autem eius frater à Philippo vincitur, & viciſſim Philippum Onomarchus ſuperat, & Bœotis Cheronæam eripit, ſed mox Onomarchus à Philippo victus captuſque in crucem agitur, *n.* 3. T. Manlius in Cærites Dictator miſſus, qui veniam petunt & obinent, A. V. C. 400.

*Olymp.* cVII. *V. C.* 401. A. m. 3702. Phayllus bellum ſacrum redintegrat, cui auxilio ſunt Achæi, Athenienſes, Lacedæmonij, *n.* 2. Idem bellum gerit contra Thebanos, & mox tabida morte conſumitur, *n.* 3. cui ſuccedit Phalæcus Onomarchi filius, qui mox à Bœotis cum 200. Phocenſibus occiditur, *n.* 3. Philippus contra Phocenſes mouet, ſed ei Athenienſes tranſitum ad Thermopylas negant, *nu.* 4.

*Demoſthenes Philip-* Demoſthenes in Philippum dicere cœpit, ſcripſit & contra Ariſtocra-

tem,

tem, *n.*5. Iſocrates Panegyricam edit, *pum accu-*
*n:*6. Romæ plebs conſulem recuperat, *ſat.*
*num.*7.

An.m.3703. Phœnices ab Ocho *Bellum*
Perſarum Imperatore deficiunt, in *Phœniciū.*
primiſque Sidonij, *nu:*2.3. qui auxilia
Græcorum ſtipendiariorum; ab Æ- *Mentor.*
gypto petunt, duce Mentore Rhodio,
qui eos Ocho prodit, *n.*4. atque adeo
Tennem Sidoniorum regem ad ſuorum
ſubditorum proditionem trahit.
Sed is mox proditionem merita morte
luit, totaque vrbs incendio cum ciuibus
deflagrauit, *nu.*7. Demoſthenes
Rhodienſem habet orationem. Romę
Coſſ. Faliſcos & Tarquinienſes ad pa- *Plebeius*
cem compellunt, *nu.*8. Cenſura Plebi *Cenſor.*
communicata, per eundem Marcium
Rutilium, per quem prius Dictatura,
*num.*9.

A.m.3704. Bellum Cyprium ſupe- *Bellum*
riore anno inchoatum, iſto deditione *Cyprium:*
ſingulorum regulorum, conficitur, *n.*
1. Ochus Ægyptum adit, & induſtria *Ochus in*
Mentoris plurimas vrbes deditione *Ægyptū.*
recipit, *num.*3. Rex Nectenabus in Æ-
thiopiam fugit, *nu.*4. Ochus redit in *Demigra-*
Aſiam, multoſque ex Ægypto Iudæos *tio Iudæo-*
transfert in Hyrcaniam, & mare Caſ- *rum ex*
pium, *num.*5. Popilius Lænas Conſul *Ægypto, in*
Plebeius Gallos ſemel iterumque vin- *Aſiam.*
cit, *n.*6. A.m.

A.m.3705. Ochus Mentorem Rhodium in ſublime euehit, qui ei Artabazum & Memnonem reconciliat, *n.* 1. & ſpe reconciliationis Hermæam, aliosque duces capit, *n.* 2. Philippus in Thracia vrbes occupat, & Pheras in Theſſalia, *num.* 4. Olynthios duobus prælijs victos obſidet, Demoſthenes tres Olynthiacas, & Midianam ſcripſit orationem, *n.* 9. Popilius de Gallis triumphat. Gallorum prædones & Græcorum piratæ inter ſe confligunt, Romani contra vtroſque armantur; Camillus contra Gallos, M. Valerius ſingulari certamine Corui ope vincit, vnde & Coruinus dictus, *num.* 13. moxque concurritur & Romani vincunt, *n.* 14.

*Olynthus.*

*Valerius Coruinus.*

*Olymp.* CVIII. *V.C.* 405.

An. m. 3706. Philippus Olynthum ciuium proditione cepit, atque diripuit, plurimas quoque vrbes auro cepit, *n.* 2. Demoſthenes 32. vrbes ab eo exciſas memorat, *n.* 4. Hoc ipſo anno moritur Plato, 80. annis expletis, *n.* 5. cui in Academia ſuccedit Speuſippus. Ariſt. an. 37. ad Hermæam ſe contulit, *n.* 6. Valerius Coruinus 23. annos natus factus eſt Conſul, & fœdus ictum cum Carthaginenſibus, quod Polybius ſecundum vocat, *n.* 8.

*Philippus multas vrbes capit.*

*Platonis mors.*

*Speuſippus.*

*Sacrilegi.*

An. m. 3707. Phocenſes, alijque ſacrilegi

crilegi male pereũt, *n.*1.2. ope Philippi Thebanos iuuante, *ibid.* Philippus pacem init cum Athenienſ. quã iurare diu diſtulit, dum tota Thracia potiretur, *n.*5. Romæ circa æris alieni diſſolutionem laboratum eſt. *male pereunt.*

An. m. 3708. Finis belli ſacri, ope Philippi Bœotios iuuantis, cui Phocenſes deſerti a Phalæco ſe dedunt, *n.*1. in quos perniciosũm decretum ab Amphictyonibus & Philippo editum eſt, *n.*3. Huc pertinet Demoſthenis oratio de pace, *nu.*5. Valerius Coruinus in Anciates rebellantes profectus, vicit eos & Satricum, quo illi confugerant, occupat, diruit, incendit, triumphat, *n.*6. Ludi ſeculares ſecundi Romæ celebrantur, *n.*7. *Finis belli ſacri.* *Ludi ſeculares.*

An. m. 3709. Philippus tranſmigrationes populorum factitat, *nu.*1. Ariſtoteles Mitylenem venit triennium apud Hermæã commoratus, *n.*2 Auruncum bellum ſimul exortum & oppreſſum eſt, *num.*3. Templum Iunoni Monetæ excitatum in Capitolio, *ibid.*

A. m. 3710. Philippus Illyrios deuaſtat, & dum Tyrannos pellit, ipſe Tyrannus euadit, *n.*1.2. Alexander dolet de patris incrementis, *n.*1. Huc pertinet ſeptima Demoſthenis Philippica. Romani prodigijs territi ſupplicationes celebrant, *n.*4. *Olymp. CIX.* *V.C. 40*

*Ariſt. ad Philippum venit.* An. m. 3711. Ariſt. ad Philippum venit, ad Alexandrum, qui 14. annum agebat, inſtituendum, *n.*1. in cuius gratiam Philippus Stagyram reſtituit, *ibi.* Iſocrates 94. vitæ ſcribit Panathenaicum, *ibid.* *Timoleon.* Timoleon iuniorem Dionyſium, & vna tyrannidem Sicilia eijcit, qui Peloponneſum adit. Eius loco annuus magiſtratus eligitur, dictus Amphibolus, *n.*2. *Philippus Thraciã occupat.* Philippus Thraciæ reges prodit, & ſibi regionem ſubijcit, *n.*3.

*Bellum Samniticũ exoritur.* Romæ bellum Samniticum oritur, cum Sidicini & Campani ad eos confugiſſent, ſeque ijs dedidiſſent, *n.*4.5. Pugnatũ eſt à Valerio Coruino Conſ. difficiliſque victoria obtenta eſt, *n.*6. moxque alia, non minore periculo, *n.* 7. Denique tertia pugna plenaque victoria de Samnitibus obtenta eſt, cum *Quã diuturnum.* vtriuſque Conſulis triumpho Hoc initium belli Samnitici quod ad annos 72. propagatum, 24. triumphis materiam præbuit, *n.*9.

*Ochi mors.* A. m. 3712. Ochus a. 23. regni moritur, homo crudelitate inſigni, *n.*1.2. ab Ægyptio Bagao cæſus, deos patrios vindicante, *n.*3. Philippus regnũ Moloſſorum Alexandro fratri Olympiadis vxoris ſuæ tradit, *n.*5. Naſcitur E- *Epicurus.* picurus, ſeptennio poſt obitum Platonis,

nis, *nu.* 6. Romanus miles Capuam & Campaniam affectat, *n.* 7. Seditioſi cõueniunt, & inuitam ducem ſibi cõſtituunt T. Quintium, qui eis veniam à Dictatore & Senatu obtinuit; *n* 8. 9.

An. m. 3713. Arſes imperare incipit, *n.* 1. Philippus bellum in Perinthum & Byzantium gerit, *n.* 2. quibus Athenienſes opem ferunt, & Bagaos nomine regis Perſarum, *n.* 4. Philippus diuiſis copijs vtramque ſimul oppugnat, Byzantij Athenis opem flagitãt, *n.* 5. Romani contra Priuernates & Antiates bellum gerunt, & contra Volſcos ægre victores fiunt, *nu.* 6. cum Sabinis pax inita, derelictis Sidicinis, qui à Romanis contempti, Latinis ſe dedunt, & cum ipſis Samnites inuadunt, qui cum Romanis expoſtulant, *nu.* 8. Latini & Campani in Romanos arma deſtinant, *n.* 9. *Arſes Imp. Philippi alia bella.*

A. m. 3714. Athenienſes auxilia Byzantijs contra Philippum mittunt, eiuſque conatus irritos reddunt, *n.* 1. nihilominus pax cum eo tertium facta eſt, *n* 2. Philippus piraticam exercet, & in Scythas mouet, *n.* 4. *Olymp. cx. V. C. 413.*

Latinum bellum inchoatur; in eo ſe Decius deuouet, & in hoſtẽ in certam mortem ruit, *nu.* 8. 9. Latini induſtria Conſulis Torquati, cum magna *Latinum bellũ Decij deuotio. Torquatus*

cla-

*filium victorem necat.* clade vincuntur, eius filius cum iniuſſus pugnaſſet, viciſſetque, à patre perimitur, *nu.* 12. mox redintegratur pugna, victique Latini, Campanique ſe dedunt, *num.* 14. Manlius odium iuuentutis incurrit, *n.* 15.

*Speuſippi mors.* A. m. 3715. Arſes cum Liberis à Bagoa perimitur, *n.* 1. Speuſippus Platonis ex ſorore nepos, cum eius ſcholâ octennio rexiſſet extinguitur, *n.* 2. cui *Xenocrates.* ſucceſſit Xenocrates egregijs moribus, *n.* 3. Philippus violata pace Elateã & Cytiniam Athenienſibus eripit: Athenienſes aſſumunt Thebanos belli ſocios. At Philippus in vtroſque bellum parat, Scythas bello vincit, & deprædatur. Sed à Tribalis vulneratus, prædam, ac tantum non vitam amiſit, *n.* 7. bellum & victoria contra Latinos redintegratur, *n.* 8. fit Dictator, & Cenſor è plebe, *ibid.*

*Darius Imp.* A. m. 3716. Darius Arſami filius fit Imperator, ſecundo ſeculo Imperij Perſici exeunte, *n.* 1. Is Bagoam ſibi venenum paratum haurire coëgit, *nu.* 4. Philippus Athenienſes, & Thebanos ad Cheronæam vincit, & Græciæ im- *Philippus Græciæ imperium obtinet.* perium acquirit, à victoria ſæuus in Thebanos fuit, lenis in Athenienſes, adeo vt pacem cum eis redintegraret, miſſo Athenas Alexandro filio cum

Antipa-

Antipatro, *n.* 8. Olympiadem ob ſtupri ſuſpicionem repudiat, & Cleopatram ducit Attali neptem, *nu.* 9. in eo conuiuio periclitatus eſt Alexander, *ibid.* qui matrem in Epirum abduxit. Ipſe in Illyrium ſe contulit, *nu.* 9. Iſocrates 99. anno inedia ſibi vitam eripit, mox à clade Cheronæa, *nu.* 11. Romæ res in Latinos præclare geſta, & cum ijs Camillo duce debellatum.

*Olympias à Philippo repudiatur.*

*Alexãder abit à patre.*

*Iſocratis mors.*

A. m. 3717. Philippus de bello Perſico init conſilium, religionis prætextu, *n.* 1. Eligitur à tota Græcia Imperator, obnitentibus Spartanis, tacentibus Athenienſibus & Thebanis, *n.* 2. Alexandrum ad ſe reuocat, *n.* 3. Romæ Minutia Veſtalis ſtupri damnata defoditur, *n.* 5.

*Philippus Perſas cogitur.*

*Minutia Veſtalis.*

A. m. 3718. Philippus regnare ac viuere deſiit, regni 25. Incipit Alexander, *n.* 1. Philippus partem copiarum præmittit in Aſiam, cũ tribus ducibus Parmenione, Amynta & Attalo, cuius ſororem, vel neptem, abdicata Olympiade duxerat, *n.* 2. filiam ſuam ex Olympiade eius auũculo Alexandro dat vxorem, *n.* 3. ſe dijs ſuperbè inſerit, *ibid.* anno 47. ætatis à Pauſania occiditur, non ſine ſuſpicione ab Alexandro & Olympiade, *nu.* 7. quæ & æmulam Cleopatram cum prole perimit, *nu.* 8.

*Olym.* CXI.
*V. C.* 417.
*Alexãder Magnus.*

*Philippi cædes.*

Im-

*Schiſma Samaritanum.* Initium Samaritani ſchiſmatis opera Manaſſis fratris Ieddoæ Pontificis, & Sanaballetis, *n* 12.13.

Alexander anno 21. regnare incipiens mortem patris vlciſcitur, *nu.*15. creatur à Græcis Imperator, loco patris, *n.*17.

*Alexãder Thraces domat.* An.m.3719. Alexander prius quam traijciat in Aſiam Thraces, alioſque barbaros domat, *nu.*1. Darius pecunia ei ſuſcitat aduerſarios, Alexander nihilominus res ſuas in Græcia pacificè componit, *n.*4. & 5. At Thebanos ſuperbè reſiſtentes, mox vrbe capta exſcindit, ciues venundat: Sed ſacerdotibus & domui Pindari parcit, *nu.*10. Cum Athenienſibus leniter agit, *n.*11. & 12. In Macedonia de Aſiana expeditione deliberat, *n.*13. & parans profectionem, ſuſpectos de rebus nouandis, etiam cognatos interficit, *nu.*12. *Parat expeditionem in Aſiam.* Hoc anno Ariſt. migrat Athenas. Romani mittunt Valerium Coruinum in Sidicinos, quos ille vincit, ac de ijs triumphat, *n.*15.

*Alex. trãſit in Aſiã. Pugna ad Granicũ.* An.m.3720. Alexander ad Helleſpontum traijcit in Aſiam, *n.*1. Perſæ ad Granicum fluuium ei occurrunt, ac vincuntur, *n.* 5. ad eum plurimæ vrbes deficiunt, in quibus Sardeis, Epheſus, &c. Miletum expugnat. Ad Halicarnaſſum

naſſum

naſſum poſt pugnam valde dubiam, vincunt Macedones, Alexander vrbem diruit, varioſque populos in Aſia ſubiugat, *n.* 8. 9. 10.

An. mun. 3721. Memnon Rhodius transfert ingẽtes copias in Europam, ad retrahendum ex Aſia Alexandrum, ſed eum cito morbus morſque ſuſtulerunt, *nu.* 2. Charidæmus, dum ſe offert belli ducem, à Dario temere tollitur. Moxque cum omnibus copijs, Babylone Ciciliam petit, *n.* 3. Alexander à morbo & proditore periclitatur, *nu.* 4. 5. Ciciliæ anguſtias occupat, & Iſſam vrbẽ, *nu.* 6. vbicũ Dario pugnat, qui victus fugit, cũ reliquo exercitu; familia regia capta eſt, in quam humanum ſe præbuit Alex. *nu.* 10. 11. & egregie continentem, *n.* 12. 13. Damaſcum proditione occupat, *num.* 14. Res Romana vacat. *Alexandri ad Iſſam victoria.* *Olym. CXII*

A. m. 3722. Darius bellum reparat, & pacem offert, per literas, *n.* 1. ſed dolo Alexandri, fruſtrà, *n.* 2. dumque ille comparat immenſas copias, quaſi vltimam aleam iaciens, Alexan. multas per amicos recipit ciuitates, *nu.* 3. Tyrum ei recuſantem ingreſſum oppugnat, ſed laborioſiſſime, *num.* 5. *& ſeqq.* Eademque expugnatur, *numer.* 16. 17. &c. Iudæi negant auxilium Alexandro, *V. C. 421.* *Darius bellũ reparat, & pacem offert.* *Alex. Tyrum oppugnat, expugnatque & Gazam.*

dro, ad quem Samaritæ deficiunt, & templum ab ipſo impetrant, *nu.* 11.12. Alexander capta Tyro Gazam obſidet, & quarto impetu occupat, *nu.* 22.

*Adit Ieruſalem.* *Iaddus Pont.*

23. Adit Ieruſalem & ſolemni cultu à Iaddo Pontifice accipitur, *n.* 25 *& ſeq.* amice cum Iudæis agit, *n.* 29. Alexander Rex Epiri fœdus init cum Romanis, duæ tribus adduntur à Cenſoribus, *num.* 32.

*Alex. in Ægyptũ, & Ammonis oraculum.* *Alexandriam cõdit.*

A. mun. 3723. Alexander adit Ægyptum, vbi ab omnibus ſine pugna recipitur, *n.* 1. 2. Adit Ammonis oraculum, vbi à Ioue filius agnoſcitur, *n.* 5. 6. *& ſeqq.* & ſe talem dici iubet, *n.* 9. Inde reuerſus condit Alexandriam, *n.* 10. 11. Ægypti & Africæ res conſtituit, *n.* 12. Romæ matronæ multæ graſſantur veneficijs & puniuntur, *n.* 13.

*Darius pace petit.*

A. m. 3724. Alex. tranſit Euphratem, & Tigrim nemine prohibente, *n.* 1. 2. Darius legationem iterat ad Alex. de pace, cuius conditiones repudiantur, *n.* 3. Vxor Darij moritur, *nu.* 4. Alexandri in eam humanitas, *ibid.*

*Pugna ad Arbelam.*

Ad Arbelam pugnatur, Perſæ à principio vincunt, *num.* 6. mox autem Macedones, *n.* 7. Rex fugit in Mediam, Mazæus Babylonem, quò mox venit Alexander, *n.* 9.

*Antipater.*

In Græcia quoque Antipater vincit Lacedæmonios, & in pugna rex

rex eorum Agis occiditur, *n.*10. Alex. Perſidem, adit, *n.*12. Perſepolim diripit, eiuſque arcem temulentus incendit, *n.*14. Mediam adit Darium perſequens, ad portas Caſpias, *n.*15.16. Beſſus Bactrianus Darium habet in vinculis, *n.*17. eos perſequitur Alex. atque aſſequitur: ſed ille, Dario grauiter vulnerato, aufugit, *n.*18. Darius moritur, *n.*19. &c. ſicque imperium Perſarum finitur anno eius 208. cum ab imperio Cyri duraſſet 52. Olympiades, *num.*20.

*Alex. Darium perſequitur.*

*Beſſus Bactrianus.*

*Mors Darij & finis regni Perſarum.*

Alexander nunc Aſiæ Dominus, & Græci fundator imperij, reliquias belli, Beſſumque perſequitur, *num.*21.22. militarẽ tumultum ſedat in Parthia, *n.*23. progreditur in Hyrcaniam; Mardos vincit, ac deditione accipit, *n.*26.

Romæ Lucani in fidem recepti, & à Samnitibus protecti, *n.*27.

A.m.3727. Alex. Bactrianam ſuſcipit expeditionem, moxque in Satibarzanẽ, qui à ſe defecerat, mouet, *n.*2. Philotas coniurat in Alex. moxq; cum ſuis occiditur, *nu.*3. *& ſeqq.* Eius pater Parmenio etiam occiditur, *n.*6. Alex. Beſſum perſequitur, per varias gentes, quas ſibi ex itinere ſubijcit, *n.*7.

*Bactriana expeditio Alexãdri.*

*Philotæ coniuratio & mors.*

Romani Priuernum capiũt, & duce morte affecto, pax cum Priuernatibus initur, *n.*8.9.

*Olymp. CXIII. V.C. 425. Beſſi fuga.* A.mun.3726. Alex. Paropamiſadas tranſgreſſus, Caucaſum, Taurumque ſuperat, *n.*1. Ad Promethei rupem aliā condit Alexandriam, *n.*2. Satibarzanes occiditur in prælio, *nu.*3. Beſſus à Bactrianis deſertus, ad Sogdianos fugit, *n.*4. Ab amicis coniuratis comprehenſus Ptolemęo Lagi traditur, & ad Alex. ducitur, ab eoque ſummis ſupplicijs afficitur, *nu.*6.7. Interim Sogdiani & Bactriani metu deficiunt, *nu* 10. Alex. ſeptem eorum vrbes in ſuam redigit poteſtatem, *n.*11. in ijs Cyropolim, ad quam Alex. ſupremum adijt vitæ diſcrimen, *ibid.* ad Tanaim alteram condit Alexandriam, *n.*12. & traiecto fluuio Scythas fugat, qui mox cum Sacis ſe ſubijciunt Alexandro, *nu.*15.16. Alia Alexandri ad Sogdianos geſta, *n.*17. & 18. circa rupem non ſatis probabiliter, *num.*18.

*& ſupplicium.*

*Periculum Alexādri eiuſdemq́ victoria.*

*Altera Alexandria.*

Romæ colonia deducta Fregellas, *num.*20.

*Oppida condit.* An. m.3727. Alex. ſex oppida circa Marginiam vrbē condit, *n.*1. Macedones à Maſſagetis cladem accipiūt, *n.*2. Alex. cū Scythis affinitatē contrahit, *ib.*

*Cliti cædes* Clitus inſigniter charus Alexandro dum liberius cū eo contendit, interficitur, *nu.*4.5.6. Mox rex præ dolore ſe ipſe necare cupit, *n.*7.8. Naurā regionem

nem redigit in poteſtatem, *n.* 9. Spitamem defectionis Bactrianorum ab Alexādro autorē, vxor ſua iugulat, *n.* 10.

Romanis bellum in Palæſpolitas exoritur, *num.* 12. Samnites bellum in Rom. parant, contra eos Conſulum imperium prorogatum eſt, *n.* 13.

An. m. 3728. Alex. per hyemem ius ſubditis dicit, & expeditionem in Indiam parat, *n.* 1. Adorari vult, *n.* 2. ei reſiſtunt Calliſthenes, & Polyſpercon, *n.* 3. 4. illum per calumniam interficit, *n.* 7. 8. hunc conijcit in vincula, *n.* 4. & 7. Coniuratio Epheborum patefit, & ſontes puniuntur, *nu.* 5. 6. Alex. mouet in Indiam, Amynta cū præſidio apud Bactrianos relicto, *num.* 9. Peruenit ad Nyſæos, traijcit Indum, *nu.* 13. Fœdus init cum rege Taxile, alteroque rege, *n.* 14. Regis Pori ad bellum apparatus, *n.* 15. Alex. dolo tranſit Hydaſpen, *nu.* 17. & 18. Pugnatur, Porus in elephanto vulneratus fugit, quem Alexander aſſequitur, & capit bellua in genua procumbente, *num.* 21. Alex. in amicitiam eum recepit, ac curauit, regnoque reſtituit, *n.* 22. Vrbes ad oram Hydaſpis condit, *numer.* 23. Ad Aceſinem fluuium venit, eumque ægre traijcit, & alium regem Porum perſequitur, *num.* 24. Traijcit Hydraconem,

*Alex. vult adorari.*

*Cōiuratio Epheborū in ipſum.*

*Adit Indiā.*

*Porum regem vincit.*

*Regnoque reſtituit.*

*Alia eiuſdem victoria.*

& cum Cathæis pugnat, *n.* 25. & magna cum Indorum clade vincit, & Sangalam primariam vrbem ſolo æquat, cæteræ fuga incolarum deſeruntur, *n.* 26. Sophitas adit, quorum rex deditionem facit. Inde ad Hypaſim fluuium proceſſit.

Romani ſtratagemate Palæpoli potiuntur eiectis Samnitibus & Nolanis, *n.* 32. alio ſtratagemate Tarentini Lucanos à Romanis alienant, & Samnitibus adiungunt, *n.* 33.

*Alex ab Hypaſi fluuio retrocedit.*

A. m. 3729. Alexander de vlteriore profectione deliberat, *n.* 1. nec perſuadens ſuis, ſtatuit denique reuerti, *n.* 7. conſtruit 12. aras in monimentum expeditionis, *ibid.* ordinatis in India rebus ſecundo flumine Hydaſpi adit Oceanum, *num.* 9. Harpalus præfectus Babylonis, congeſtis immenſis opibus, fugit in Græciam. *nu.* 10. & 11. Ibi Demoſthenem alioſque oratores auro corrumpit, *num.* 12. iterum fugit in Cretam, vbi & occiditur, *n.* 13. Alexander graue naufragij periculum adit, *n.* 14. grauius etiam in vrbe Mallorum, vbi ſolus cum toto populo pugnat, *n.* 15. *& ſeqq.* mox gentem deditione accipit, *n.* 21. Adit Muſicanum regnum, *nu.* 22. à rege amice accipitur, moxque deficiens victus ſuſpenditur, *n.* 23.

*Adit Oceanum.*

*Harpali fuga & cædes.*

*Periculum Alexandri ad Mallos.*

A re-

A regulo Patalorum recipitur pacifice, & apud eum hyemat, *numer.* 24. & 25.

Romani ad bellum in Veſtinos & Samnites proficiſcuntur, *n.* 26. L. Papyrius curſor Dictator in Samnites creatur, *n.* 26. 27. Veſtini à Bruto victi, *ibid.*

An.m. 3730. Moritur hoc anno Alex. cum regnaſſet annos 12. & menſes aliquot, *n.* 1. 2. anno 7. à victo Dario. Sed prius redit in Perſidem, & Cyri ſepulchrum viſit, *n.* 4. Calanus Indus ſponte ſua rogum conſcendit, & mortuus magnifice ab Alexandro honoratur, *n* 5. Inde Suſam profectus Præfectos aliquot ſupplicio affecit, tum infinita in ſuos largitione vtitur, ingratos caſtigat, moxque reconciliat: epulum 9. millibus præbet; *num.* 6. *& ſeqq.* Aliquot Macedones in Græciam dimittit duce Cratero, quem ibi præficit prouincijs ſuis, reuocatque Antipatrum, *num.* 11. 12. Mortuum Hepheſtionem luget, *n.* 14. Babylonẽ reuertitur inuitis vatibus, *nu.* 16. ibique ex potus intemperantia moritur, *nu.* 19. dato annulo Perdiccæ, *nu* 20. Eius vitia virtuteſque, *nu.* 25. *& ſeqq.* de ſucceſſore deliberatio, *nu.* 30. Regni eius diuiſio, *n.* 35. & 36.

*Olymp. CXIV. V.C. 429. Alex. redit in Perſidũ. Calanus.*

*Hepheſtionis mors. Alex. Babylone crapula moritur.*

*Regnum Ptolemæorum in Ægypto.*

Regnum Ptolemæi Lagi in Ægypto inchoatur, *n.* 38.

Romæ Fabius Mag. Equitum iniuſſus contra Samnites pugnat & vincit, Papyrius Dictator eum capitis dânat, *n.* 40. *& ſeqq.* poſt multum tumultum & totius populi preces dimittitur, *nu.* 43. *& ſeqq.* Demoſthenes redit in patriam, *n.* 48.

*Bellũ Lamiacum.*

A. m. 3731. Ptolemæus Lagi regnum Ægypti ſtabilit, *nu.* 2. quod Perdiccas affectat, *n.* 2. 3. Bellum Lamiacũ inter Græcos, & Antipatrum, qui Macedoniæ præerat, pro exulibus excitatur, *n.* 5. Antipater à Græcis victus Lamiæ obſidetur, *n.* 6. 7. moxque cum ijs pacem componit, *n.* 9. ad quam Athenienſes compellit, Demoſthenes & Ariſt. Athenis fugiunt, *n.* 11. 12.

*Demoſthenis fuga.*

*Perdiccæ cædes.*

A. m. 3732. Funus Alexandri in Ægypto celebratur, & Alexandriæ à Ptolemæo conditur, *n.* 2. Perdiccas in Ægyptum adit infeſtus, cumque ſuos vexaret imprudens, ab ijs occiditur, *n.* 6. 7. Eius curæ ſuccedit Antipater, *n.* 9. Ptolemæus gratus ſuis, *n.* 8. Phœniciã, & Cœleſyriam acquirit, & Iudæam ſabbato quietam, *n.* 12. quos in Ægyptum transfert, *nu.* 13. 14. Ariſt. moritur in Chalcide, annos natus 63. Aliquot oratores ab Antipatro interfecti, *n.* 16.

*Ptolemæus Iudæos in Ægyptum transfert.*

*Ariſt. mors & Demoſthenis.*

De-

Demoſthenes ſe veneno interimit, *n.* 17. Romani victos Samnites ad pacem quærendam, bello damnato cogunt, *num.* 20.

An. m. 3733. Eumenes & Antigonus in Aſia pugnant, ille proſcriptus, hic declaratur Aſiæ imperator, *n.* 1. Eumenes ſuorum proditione victus, fugit ad arcem Nora, *nu.* 2. 3. ibique obſidetur *n.* 6. Romani à Samnitibus armis ſpoliati, & ſub iugum à C. Pontio miſſi ſunt, *n.* 7. *& ſeqq.* Ignominiam Roma luctu proſequitur, quam milites furtim repetunt, *n.* 12. *Antigonus & Eumenes.* *Romani ſub iugum miſſi.*

A. m. 3734 Antigonus factus potétior regnum cogitat, *n.* 1. In Perdiccæ factionem mouet, eius fratrem Alcetam obſeſſum ad cædem compellit. Pax Caudina Samnitium cum Romanis, antiquatur, *n.* 5. Autores pacis deduntur hoſti, nec recipiũtur, *n.* 7. Magno feruore pugnatur, victiq; Samnites, ad ſeptem millia ſub iugũ viciſſim mittuntur, *n.* 10. & Luceria expugnata, obſides recepti, *ibid.* *Olym.* CXV *V. C.* 433. *Samnites ſub iugum viciſſim miſſi.*

An. m. 3735. Antipater penes quem ſumma rerum erat in Macedonia & Græcia, & regum tutela, moritur, ſucceſſore deſignato Polyſperconte, cui Caſſandrum filium ſecundũ deſignauit, *nu.* 4. At Caſſander indignans res *Antipatri mors.* *Caſſander.*

nouas ſtatim moliri cœpit, *n.* 5. & Munychiam Athenis occupat. Polyſpercon Olympiadem ex Epiro in Macedoniam reuocat, *n.* 6. Antigonus audita morte Antipatri regnum Aſiæ ſtudioſius affectat, & Eumenem ad ſe pertrahere ſtudet, *n.* 7 & ſub iure iurãdo ex arce dimittit, *n.* 8. At is Polyſperconti adiungit; à quo vehementer augetur, & declaratur Imperator in Aſia contra Antigonum, *n.* 9. 10. In Samnio Papyrius Satricanos domat, Æmylius Ferentanos, *n.* 11.

*Eumenes ſtudet regibus.*

An. m. 3736. Eumenes relicta Cappadocia & Antigono, tranſit in Ciliciam, quem ibi excipiunt Argyraſpides, *nu.* 2. Polyſpercontem cum copijs ſibi adiungere conatur, per Phœniciam, *n.* 5. re non ſuccedente, venit in Babylonem & Perſidem. *ibid.* Nicanor dux Caſſandri Munychiam Athenis retinet, & inſuper Piræeum occupat, *n.* 6. quod Caſſander in ſuam redigit poteſtatem, *n.* 7. Athenienſes cum eo pacem conficiunt, *num.* 9. Ipſe autem mox Micanorem ſuperbientem interficit, *n.* 10. Phocio occaſione occupati Piræei, à populo tumultuante occiditur, epota cicuta, *num.* 11. *& ſeqq.* Samnites Romæ inducias biennij ægre obtinent, *numer.* 14. duæ tribus recens

*Caſſandri pax cum Athenienſibus.*

*Phocionis cædes.*

cens adduntur Vſantina & Phalerina, *ibid.*

A.m.3737. Olympias reducta à Polyſperconte in Macedoniam graſſatur cædibus in Aridæum Alexandri fratrem, & Eurydicem eius vxorem, *n.*2. Occidit Nicanorem Caſſandri fratrē, & centum Macedones eius amicos, *n.*3. Romani proſpere res agunt in Apulia, *n.*6. *Olympias crudelis.*

An. mundi 3738. Antigonus facta Babylone ſocietate cum Satrapis mouet in Eumenem qui illum tranſeuntem flumen malè accipit, *n.*1.2. & ſuos in Perſide mutuata pecunia retinet, *n.* 3. Ipſum adit Antigonus cum copijs, pugnant fere æquatis damnis, Eumenes tamen victor apparet, *nu.*6. Duæ vxores Cenei Indi demortui certant vtra viua comburatur cum marito, *ibid.* Caſſander bello vexat Olympiadem, *nu.*7. Samnites iterum rebellantes vincuntur, *n.*8. *Olymp.* CXIV. *V.C.* 437. *Pugna Antigoni & Eumenis.*

A. m.3739. Antigonus cum Eumene de ſumma rerum pugnat. *n.*4. Peuceſtes Satrapa Perſidis in pugna Eumenē deſerit, milites Antigoni Macedonum impedimenta occupāt, *n.* 5.6. quæ vt recipiant ab Antigono in Eumenem conſpirant, eumque vinctum Antigono tradunt, *nu.*7. à quo inedia *Eumenes deſeritur.* *Argyraſpida eum vinctum tradunt.*

triduana maceratus occiditur, *n.* 8. Antigonus plures duces ſibi infenſos ſuſtulit, *n.* 9. Babylonicam Satrapiam eripit Seleuco, *n.* 10. Caſſander Olymdiadem obſeſſam Pidnæ fame vexat, & fugiētem comprehendit, *n.* 11. eamque Macedones iugulant, *nu.* 12. inde Regem agere cœpit, *n.* 13. Thebas inſtaurat, Roxanem cum Alexandri filio Poſthumo claudit Amphipoli, *nu.* 12. Bellum in Samnites à Q. Fabio Dictatore geſtum. Eius Mag. Equitum iniuſſus pugnans occiditur, *nu.* 14. 15.

*Olympiadis cædes.*

*Caſſander regē agit.*

A. m. 3740. Renouantur bella inter Antigonum cæteroſque duces, *n.* 1. & *ſeqq.* opera Demetrij filij Syriam init, vt inde Ptolemæum vexet, *n.* 3. Romani Soram capiunt, arce prius proditione occupata, & tria Auſonum oppida, *nu.* 4 Luceria iterum perdita, receptaque. Eodem anno contigit Capuana coniuratio de defectione ad Samnites, qui mox à Romanis ingenti clade ſunt affecti, *n.* 5. 6.

*Demetrius Antigoni filius.*

*Capuana coniuratio in Romanos.*

A. m. 3741. Caſſander cum Antigono fœdus init, moxque frangit, *n.* 1. Antigonus Tyrum fame expugnat. Poſt 15. menſium oppugnationem, magno Ptolemæi damno Fregellæ captæ receptæque, ſicut & Nola, *n.* 3.

*Antigonus Tyrum expugnat.*

A. m. 3742. Ptolemæus lætos habet ſuc-

ſucceſſus in Ægypto, Cypro, Syria ſuperiore, atque Cilicia, *nu.* 4. Suſcipit cum Seleuco bellum contra Demetrium Antigoni filium, victumque fugat, & Gaza, vicinaque regione potitur, *n.* 6. captam eius ſupellectilem ei vltro reddit, *nu.* 7. Tyrum quoque ac Phœniciam multa vbique vſus humanitate recepit, *ibid.* Demetrius nouas cogit copias, & vnum de Ptolemæi ducibus vincit, & capit, Antigonus ſuperueniens Phœniciam recuperat ſine prælio, *n.* 8. Interim Seleucus Babyloniam recipit, & Nicanorem Mediæ pro Antigono præfectum vincit, ſimulque Suſianam, & Mediam acquirit, *n.* 10. & Imperij Seleucidarum fundamenta iacit, *ibid.* &c. Mox tamen Demetrius reuerſus Babyloniam occupat & diripit, *n.* 13.

*Olymp. CXVII. V.C. 441. Ptolemæi geſta.*

*Phœniciã recuperat, moxque amittit.*

*Seleucus Babylonẽ recipit & Seleucidarum regnũ parat.*

Romæ bellum Etruſcum apparatur, 14. Via Appia ſtrata, & aqua Appia in vrbẽ deducta, 15. Appij cæcitas, 16.

*Bellum Etruſcum.*

*Regnum Græcorum.*

AN. mun. 3743. Seleucus recuperata Babylone dominari cœpit in Aſia, & neminẽ agnoſcere ſuperiorem, & hinc inchoatur Epocha regni Græcorum ſiue Macedonum, *n.* 2. Caſſander Alexandrum Poſthumũ cum Roxane interimit, *n.* 4. ſicq; deinceps

*Seleucus.*

*Caſſander crudelis.*

ſinguli præfecti prouinciarum eas, tanquam regnum armis patrum, obtinuere ſibi, *ibid.* Romani bene rem gerunt contra Samnites ad Cluuiam, ad Bouianum, & ad Sutrium in Etruſcos, *num.* 5. 6.

*Ptolemæus in Antigonum.* An. m. 3744. Ptolemæus bellum in Antigonum renouat, & vrbes in Cilicia capit, quas mox Demetrius recuperat, victus Ptolemæi ducibus, *nu.* 1. Polyſpercon Herculem Barſines, & Alexandri filium regno ſuo inferre parat, *n.* 2.

Romæ Appius Cenſuram vi retinet, *nu.* 3. Prælium ingens ad Sutrium in Etruria committitur, *n.* 3. & redintegratur, *n.* 4 & poſt maximam cladẽ, Etruſcis induciæ ad 30. annos dantur. Iterum contra Samnites Rutilius Conſul bene rem gerit, *n.* 5.

An. mun. 3745. eſt Sabbaticus 166. Ptolemæus in Aſia minore bene rem gerit. *n.* 1. Antigonũ nepos eius ex ambitione deſerit, & ambitioſe ſe gerẽs à Ptolemæo, ad quẽ defecerat, occiditur, *n* 1. Caſſander Polyſperconti perſuadem cædem Herculis filij Alex. *n.* 3. *Caſſander in familiã Alexãdri crudelis.* Eiuſdem Caſſandri in familiã Alexandri crudelitas, *n.* 3. Polyſpercon Peloponneſum fruſtra tentat, *n.* 4. Lyſimachus in Cherſoneſo Lyſimachiam

con-

condit, *ibid.* Papyrius Dictator Hetruſcos & Samnites vincit, *nu.* 5. & de vtriſque triumphat, *nu.* 6. Fabius item Conſul cum reliquijs Etruſcorum feliciter pugnat.

A.m. 3746. Cleopatra ſoror Alexādri iuſſu Antigoni occiditur, *n.* 1. cum à plurimis principibus ambiretur ad nuptias, *ibi.* Ptolemæus Græciæ vrbes pleraſque retinet, ſicut Caſſander Athenas, cum quo inita pace, repetit Ægyptum, *n.* 2. Fabius Conſul Marſos & Pelignos nunc primum deficientes, cōpreſſit, *n.* 3. vt Decius Conſul Etruſcos, quibus annuæ induciæ datæ, *ibid.* Vmbri Romanos bello petunt, & à Fabio Coſ. vincuntur, *n.* 4. & 5. *Olymp. CXVIII. V.C. 445. Cleopatræ cædes.*

A.m. 3747. Demetrius in Græciam expeditionem ſuſcipit, ad eam à Ptolemæo & Caſſandro liberandam, *n.* 1. Athenas venit, Phalereum fugat, præſidium tollit, Munychiam capit, & exſcindit, *n.* 3. fœdus init cum Athenienſibus, à quibus immodicis cum patre laudibus extollitur, *nnm.* 4. Antigonus inde Demetrium mittit in Cyprum, vt ibi cum Ptolemæi ducibus pugnet, *n.* 5. ibi fratrem Ptolemæi vincit, & Salaminam machinis oppugnat, *nu.* 6. Ptolemæus cum claſſe auxilio Paphon venit, & à Demetrio vincitur, *Demetrius in Græciā. Athenienſes adulatores.*

*num.* 7. & amiſſa Cypro redit in Ægyptum, *num.* 8. moxque omnes hi duces ſe reges creant, *ibid.* Antigonus in Ptolemæum expeditionem parat, *n.* 8. Appius fit de Cenſore Conſul. Fabius Proconſul Samnites ad Allifas victos ſub iugum miſit, *num.* 9.

*Antigonia.* A. mu. 3748. Antigonus Antigoniam condit, *nu.* 1. Expeditionem in Ægyptũ mouet terra marique, ſed claſſis tempeſtate affligitur, *nu.* 2. & in Syriá redire cogitur, *num.* 3. In Italia bellum ab Hernicis & Samnitibus renouatum, *num.* 4. & vtrumque feliciter à Romanis geſtum, *num.* 5. 6.

*Rhodi oppugnatio irrita.* A. m. 3749. Rhodus à Demetrio valide & cum machinis oppugnatur, *n.* 1. *& ſeqq* pugnatur magna vtrimque iactura, *nu.* 4. redintegratur certamen in portu, ſed irrito conatu, *nu.* 5. Cretenſes & Ptolemęus Rhodijs ſubſidia mittunt, *ibid.* In Samnio vterque Conſul feliciter pugnauit, *nu.* 6.

*Olymp. cxix. V. C. 449.* A. m. 3750. Hoc quoque anno ingenioſe ac fortiter à Demetrio & Rhodijs pugnatur, *num.* 1. 2. 3. tandem pax amicorum ſuaſu componitur, *nu.* 5. 6. Coloſſum Rhodium excitant, *num.* 6. Demetrius inde digreſſus dat operam liberandæ Græciæ contra Caſſandrum & Polyſpercontem, *nu.* 6. Bellum Samniti-

mnitibus poſt annos 22. pace finitur, *num.* 7. cùm Æqui bellum renouant, & 40. oppida, intra 50. aut 60. dies amittunt, *num.* 8. Flauius ius ciuile promit, & ædem Concordiæ vouit ac dicat, *n.* 9. 10. Fabius Maximi cognomen acquirit, *nu.* 10. *Bellum Samniticum.*

An. m. 3751. Demetrius Athenas liberat à Caſſandro, *nu.* 1. & alias Græciæ vrbes, *nu.* 2. Inſignis eius nequitia, *ibid.* Peloponneſum magna ex parte ſibi ſubijcit, *n.* 3. & 4. Ingens latronum copia in Vmbria, in cauernis latens fumo & flamma conſumitur, *nu.* 5. *Athenæ liberantur.* *Latronum cædes.*

An. mun. 3751. Sabbaticus fuit ordine 167. Caſſander ab Antigono pacem quærit, nec impetrat, *nu.* 2. itaque belli ſocios contra eum colligit, qui expeditionem contra eum parant, *ibid.* Demetrius dux Græciæ renunciatur in comitijs, *num.* 3. Eiuſdem ſuperbia, & ſacrilegia, *num.* 4. Athenienſium ſacris ac pecunijs illudit, *ibid.* In Caſſandrum mouet, ſed iuſſu Antigoni pacem doloſe agit, *num.* 5. moxque eum adit in Aſiam, & in tranſitu recipit vrbes, quas mox Caſſander recuperat, *numero* 6. Ptolemæus magnas copias ducit in Antigonum, ſed deceptus repetit Ægyptum, *num.* 7. Seleucus autem maximas contra Antigonum *Seleucus in Antigonum.*

co-

copias inſtruit, *num.* 8. Romæ bellum contra Æquos redintegratum eſt, & intra dies octo à Dictatore confectum, *n.* 9.

*Antigoni clades.*

A. m. 3753. Quatuor reges cum maximis copijs contra Antigonum & Demetrium conueniunt, *n.* 1. Demetrius cum Seleuci filio Antiocho pugnat, & imprudenter vincit, mox Antigoni copiæ magna ex parte ad Seleucum tranſeunt, *nu.* 2. Antigonus telis obruitur, Demetrius Epheſum fugit, & inde in Græciam, vbi ab Athenienſibus repellitur, *nu.* 3. Reges victores Antigoni prouincias inter ſe diuidũt, *num.* 4. Seleucus vrbem quam Antigonus ædificare cœperat, conſtruit & Antiochiam à patre ſuo nominat, quo deinceps fuit Syriæ metropolis, *nu.* 5.

*Demetrij fuga.*
*Athen. ingrati & leues.*
*Antiochia Syria metropolis.*

Romæ hoc anno duo Dictatores Conſulum loco fuerunt, & contra Etruſcos Marſoſque pugnarunt, *n.* 7. 8. Dictator cunctatione vicit Etruſcos, & triumphauit, *ibid.*

*Duo Dictatores.*

*Oly. cxx.*
*V. C. 453.*
*Simon Iuſtus Pontif.*

An. mun. 3754. Nouus hoc anno ponitur Hebræorum Pontifex Simon Oniæ filius cognomento Iuſtus *num.* 1. Demetrius excluſus Athenis abit in Thraciam, vbi Lyſimachi ditionem vaſtat, *num.* 3. Seleucus eius filiam

Stra-

Stratonicem ducit vxorem, *num.* 4. Demetrius quoque extincta vxore ſua Deidamia, Ptolemaidem Ptolemæi Lagi ſororem duxit, inde cupiens vlciſci Athenienſes migrat in Græciam, ſed irrita ſpe, migrauit in Peloponneſum vbi Meſſenem obſidens, magnum adijt vitæ diſcrimen, *num.* 6. Romæ res hoc anno quietæ fuerunt, non tamen ſine contentione. Pontifices & Augures ex plebe fieri cœperunt, *num.* 7. 8. fueruntque omnino 8. Pontifices, & 9. Augures, *ibid.* *Pontifices plebeij & Augures.*

An. mun. 3755. Demetrius obſidet Athenas, & fame vexat, *num.* 1. Ptolemæi auxilium irritum, *ibid.* eadem claſſis ad Cyprum Demetrio eripiendam excurrit; nec fruſtra, totam enim occupauit, excepta Salamina, in qua matrem eius, & liberos obſeſſos tenebat. Interea Demetrius Athenas ingreditur, pacifice ad ſpeciem, tribus tamen præſidijs vrbem perfidam habet in poteſtatem, *num.* 2. Inde Spartanos ſemel iterumque vincit, nec vrbem capere potuit, accepto nuncio de Cypro amiſſa, ſimulque vrbibus Aſiæ, ei à Lyſimacho ereptis, *num.* 3. Caſſander Antipatri filius intercute extinctus eſt, *num.* 4. eiuſque familia tota breui perijt, *num.* 5. Romani Nequinum *Demetrius Athenis.* *& Sparta.* *Cyprum amittit, &c.* *Caſſandri mors.*

num oppidum in Vmbria proditione capiunt, *num.* 6. Conſul Manlius ab equo prolapſus moritur, *nu.* 7.

*Caſſandri filij infelices.* An. m. 3756. Caſſandro mortuo eius regno Macedoniæ ſuccedit Philippus filius natu maximus, qui breui extinguitur, *n.* 1. tum ei frater Antipater ſuccedit, qui Theſſalonicem matrem occidit, quod alteri fratri ſuo Alexandro in diuiſione regni fauere videretur, *n.* 1. Cumque Antipater fratrem regno ſpoliare cuperet, ex Epiro Pyrrhum, ex Ploponneſo Demetrium in auxilium euocauit, *ibid.*

*Lucani.* Lucani Samnitium armis preſſi ad Romanos confugiunt, & fœdus, datis obſidibus, renouant, *n.* 3. Romani Legatos ad Samnites pro ijs mittunt, ſed vtrique ſuperbe agẽtes, bellum renouant, *nu.* 3. 4. déque ijs Fuluius ad Bouianum victoriam retulit, ac triumphum. Alter Conſul Scipio Etruſcos deuicit, *n.* 4. & 5.

*Bellum Samnitiũ renouatur.*

An. m. 3757. Filij Caſſandri vicinos reges in ſuam perniciem euocant, *n.* 1. Lyſimachus eos reconciliare conatur, *n.* 2. Romani contra Samnites & Apulos pugnant, & ægrè victos incredibilibus damnis afficiunt, *numero* 4. 5. 6.

*Demetrius.* An. m. 3758. Demetrius vaſtat Sama-

mariam, & venit ad Alexandrum Caſſandri cum exercitu, *nu*. 1. eumque hic comiter acceptum à ſe cupit dimittere, *ibid.* Prioribus Coſſ. prorogatur imperium, qui belli Samnitici reliquias perſequuntur, *num*. 2. Noui Coſſ. in Hetruria rem bene gerunt, *n*. 3. At Samnites rurſus in Campaniam erumpunt, & à Volumnio magna clade afficiuntur. *Olymp.* CXXI. *V.C.* 457.

A.m. 3759. Sabbat. 168. Abit Macedonia Demetrius, qui Alexandri conſilia anteuertens, eum Lariſſæ occidit, *n*. 1. 2. Moxque Demetrius fit rex Macedonum, *nu*. 3. nec regnum legitimo hæredi reſtituit, *ibi*. Hetruriæ bellum in Italia ingraueſcit, cui Fabius & Decius deſtinantur. Hetruſcis Galli Senones iuncti L. Scipionem proprætorem cum vna legione funditus delent. Coſſ. hoſtium copias diſtrahunt, *nu*. 6. cum Gallo & Samnite periculoſe pugnant, *num*. 7. Decius ſe dijs manibus deuouet, & occiditur, *nu*. 8. Fabius denique vincit, magna vtrimq; clade, *n*. 9. triumphat quoque, ſed eius triumphum funera ex peſtilentia fœdauere, *nu*. 10. In Samnio cum Peruſinis ingenti clade à Fabio pugnatum eſt, & contra Samnites & Appio & Volum-

*Alexandrum occidit, & regnat in Maced.*

*Bellũ Hetruſcum.*

*Decii deuotio.*

Volumnio, magno vtrimque damno, *num*. 11.

An. mun. 3760. Demetrius incipit regnare in Macedonia, & liberos vxoremque recuperat, quos vltro ad eum miſit Ptolemæus capta Salamina, *num*. 2. Seleucus vxorem ſuam Satronicem dat filio ſuo vxorem, *ibid*. Attilius Regulus rem male gerit cum Samnitibus, *num*. 3. 4. Rectius alter Conſulum Poſthumius, *num*. 4. Ioui Statori ædes vota ab Attilio, *num*. 5. eique negatus triumphus, *n*. 6.

An. mun. 3761. Cleonimus Lacon Thebas ad defectionem excitat, ſed ſuperueniente Demetrio deditionem fecere; cui Lyſimachus Thraciæ rex, ſocer Antipatri partem Macedoniæ genero exortam cedit, mox Antipatrum generum interficit, filiamque ſuam eius vxorem in vincula conijcit, *num*. 2. Samnites militum 40. millia coëgere Aquiloniam, vbi Linteata legio 16. millium, cæterique omnes execrando carmine ſe deuinxerunt. Interim Caruilius Amiternum, Papyrius Duroniam eis eripit. Moxque ad Aquiloniam pugnat, Samnites dum iuramento à fuga prohibentur, tanto plures occiſi Alter Conſul ad Cominium rem bene geſſit, Vrbem ex-

*Samnitũ legio Linteata.*

expugnauit, atque diripuit, vtraque vrbs flammis abſumpta, ſed & aliæ vrbes conſequenter à victoribus occupatæ. Conſul vterque triumphauit: ſed peſtis viciſſim magna funera Romæ edidit, *n.* 11.

An. mun. 3762. Lyſimachus cum rege Thraciæ Dromichite male pugnat, & capitur, Demetrius Thebas iterum obſidet, *num.* 1. quas capit, neque in eas ſæuit, *num.* 2. Fabius Gurges male re geſta redintegratur patris opera. Pontius dux Samnitium capitur, *nu.* 3. nec tamen bellum Samniticum finitur, *n.* 4. *Olymp. CXXII. V.C.* 461.

An. mun. 3763. Demetrius Ætolos vexat & Pyrrhum, *num.* 1. Certamen Pantauchi & Pyrrhi, *num.* 2. Gurges patre legato vſus Samnites vincit, ac triumphat, *numero* 3. Æſculapius Romam deportatur, *num.* 4. *Pantauchus & Pyrrhus. Æſculapius.*

Anno mundi 3764. Seleucus ius ciuitatis Iudæis vbique concedit, *numero* 1. Pyrrhus excurrit in Macedoniam agro Demetrio, & fugatur non ſine clade, *num.* 2. M. Curius Samnites domat ad annos nouem. Vincit & Sabinos, & de vtriſque bis in eodem magiſtratu triumphauit, *n.* 4. Recuſat aurum Samnitum, *n.* 5. M. *Curius.*

A.m.

*Mors Simonis Iuſti.*

An. mun. 3765. Simon Iuſtus Pontifex moritur *nu.* 1. res ab eo geſtæ, *n.* 6. 7. *& ſeqq.* Demetrius ſtudet recuperare regnum Aſiæ, *nu.* 12. 13. quem cum multi reges propterea inuaderent, deſertus à ſuis fugit, & amittit Macedoniam, *n.* 15. 16. Athenis ab eo deficientibus redit in Græciam, *n.* 17.

*Olymp. CXXIII. V. C. 465. Eleazarus Pont. Theophraſtus.*

An. m. 3766. Eleazarus frater Simonis fit Pontifex, *nu.* 1. Pyrrhus & Lyſimachus Macedoniam partiuntur, *n.* 2. Demetrius ſoluit obſidionem Athenarum, *n.* 3. rem bene in Aſia gerit, *nu.* 4. Seleucus eum iuuat, moxque bello perit, *num.* 5. Theophraſtus moritur, cui ſuccedit Strato Lampſacenus, *n.* 8.

*Demetrius in cuſtodia.*

A. m. 3767. Demetrius cum Seleuco feliciter pugnat, *nu.* 1. ſed eius morbus res ipſius affligit, & contra eumdem mox male pugnat, & ſe illi dedit, quem Seleucus habet in cuſtodia, *n.* 7. Lyſimachus Pyrrhum eijcit Macedonia, *ibid.*

*Philadelphus.*

An. m. 3768. Seleucus Rex Aſiæ Syriæq; honorifice tractat Demetrium, *n.* 1. 2. In Ægypto regnare cœpit cum patre Ptolemæus Philadelphus, *n.* 4. 5. ita dictus per antiphraſim, quod duos fratres interfeciſſet, *nu.* 6. Huc etiam pertinet ſeditio plebis propter æs alienum, & ſeceſſio in Ianiculum, *n.* 7.

A. m.

A.m.3769.Demetrius moritur,cum *Demetrij*
tertium iam annum in Seleuci cuſto- *mors &*
dia verſaretur,*nũ.*1.Moritur & Ptole- *Ptol. Lagi.*
mæus Lagides quadrageſimum re-
gni annum ingreſſus, *num.* 3.vter-
que intemperantiæ accuſatur, ille à
Plutarcho,iſte à Pauſania,*ibid.* Quan-
ta potẽtia Philadelphi ex Hieron.*n.6.*

Anno mundi 3770. Lyſimachia in *Olymp.*
Thracia terræ motu euertitur, *num.*1. CXXIV.
Pharus in Alexandria conſtruitur à *V.C.* 469.
Soſtrato Gnidio, *num.* 2. Bellum *Pharus.*
Romæ contra Gallos Senonas geſtum
eſt cum multa Romanorum clade, *n.*
4.&c.

A.m.3771.Lyſimachus filium Aga-
thoclem veneno tollit, miniſtra No-
uerca Arſinoë ſorore Philadelphi,*n.*2.
Dolabella Gallos vincit,*n.*3.4.

Anno mundi 3772. Multi à Ly-
ſimacho deficiunt ad Seleucum, ob
illius in ſuos crudelitatem, *num.* 1.
Quindecim filios amiſit ante mor-
tem, *ibid.* Bellum ab Etruſcis & Boijs
in Romanos renouatur, ſed pene ad
internecionẽ deleti,fœdus cũ Roma-
nis percutiunt, *n.* 2. Fabricius rẽ bene
gerit contra Samnites,&c. Oritur bel-
lum Tarentinum qui Gallos iuuerant *Bellum*
aduerſus Romanos, quorum claſſem *Tarenti-*
*num.*

mox

mox hoſtiliter inuaſerunt, ſed & Legatos fœde tractarunt, *nu.* 4.5. Pyrrhi opem implorant, *n* 7.

*Lyſimachi cædes.* *Ptol. Ceraunus.*

An. m. 3773. Lyſimachi cum Seleuco bellum vltimum, in quo ille occiditur, & à filio Alexandro indicio canis inuentus ſepelitur, *num.* 2. hic poſt ſeptem menſes à Ptolemæo Ceraunо, qui Lyſimachi ſororem duxerat, victus occiditur, *nu.* 5. Bellum à Romanis in Tarentinos ſuſcipitur, eoſque vincit Æmylius: ſed pacem optantes, Cyneas Pyrrhi legatus, ad belli conſilia reducit, *n.* 8.

*Olymp. CXXV.* *V.C. 473.* *Antiochus Soter.* *Pyrrhus adit Italiam.*

A. m. 3774. Ceraunus in Macedonia regnare incipit, & Antiochus Soter filius Seleuci in Aſia. Hic Pyrrhum traijcientem in Italiam pecunia iuuat, ille copijs Macedonicis, *num.* 2. & 4. Pyrrhus magna tempeſtate iactatus Tarentum venit, ibique Dominum agit, non ſocium, *n.* 6.7. Valer. Læuinus mouet in Pyrrhum, quem ad pugnam compellit. Sed ope Elephantorum vincitur, cum magno Pyrrhi damno, *n.* 12.13. Qui pacem cum Romanis agere ſatagit per Cyneam, *nu.* 19.20. ſed eam Appius diſijcit, *n.* 21.

*Vincit cũ clade ſua.* *Cerauni cædes.*

An. mun, 3775. Ceraunus perfidus & crudelis à Gallis occiditur, *nu.* 2.3. Cadit in hunc annum Philadelphi 8.

ver-

verſio Septuaginta Interpretum, *n.*19. 20. 23. tota hiſtoria deinceps fuſius explicatur, *n.*24. *& ſeqq.* Quis fuerit Ariſtæas, *n.*50. *& ſeqq.* Diſputatio de ſeparatis exedris, *numer.*70. *& ſeqq.* An fuerit alia editio antiquior, *numer.*86. *Septuag. Interpretes. Ariſtæas.*

Alterum Pyrrhi cum Romanis prælium, *nu.*93. in eo ſe Decius deuouet & occiditur. Romani tamen vincunt cruenta victoria, *numer.*96. & 97.

Anno mundi 3776. Galli duce Brenno, deuicto Soſthene, & Macedonibus, Delphos aggrediuntnr, *n.*2. 3. vbi diuinitus deleti ſunt, *ibid.* Carthago auxilio venit Romanis contra Pyrrhum, & fœdus cum ipſis quatro init, *nu.*5.6. Fabricius conſilium Medici promittentis mortem Pyrrhi, ei patefacit, *n.*9. Siciliam euocatus, eam adit contra Pœnos, *n.*11. *Brennus. Fabricius.*

Anno mundi 3777. Antigonus Gonatas Demetrij filius pacem init cum Antiocho Sotere Seleuci filio, qui Gonatæ ceſſit imperium Macedoniæ, *nu.*1. vbi Gonatas reliquias Gallorum profligauit, *nu.*1. Pyrrhus rem feliciter gerit in Sicilia, *num.*2. At Romani poſt eius diſceſſum contra Samnitas *Antigonus Gonatas. Pyrrhus in Sicilia.*

non bene, Crotonem tamen, quæ defecerat, recuperarunt, *n.5.*

*Olymp.* CXXVI. *V.C.477.* *Inſoleſcit.* An.m.3778. Pyrrhus in Sicilia proſperitate inſoleſcit, pacem cum Pœnis contemnit, *n.2.* Siculos à ſe alienat, *num.3.* reuocatur in Italiam, in tranſitu male pugnat cum Pœnis, & in aditu Italiæ vexatur à Mamertinis, *num.5.* At Romæ ingens peſtilentia graſſata eſt, præſertim in mulieres, Sextilia Veſtalis rea inuenta eſt, *num.* 6. *Hiero.* Siculi Hieronem primo magiſtratum, deinde regem Syracuſis creant, *nu.7.*

A.m.3779. Pyrrhus à reditu Tarentum, cum M. Curio Dentato male pugnat, *numer.2.* ea victoria Imperium Italiæ Romanis peperit, *n.3.* *Pyrrhus redit in patriam.* Pyrrhus ex Italia excedit. *n.4.5* relicto Tarenti præſidio, cum Milone, & Heleno filio, *num.6.* Egregius Coſſ. de Pyrrho triumphus, *num.7.*

A.m.3780. Pyrrhus in Macedonia bellum contra Antigonum Gonatam ex ſententia gerit, *num.1.* Gonata reparante copias Pyrrhus ſuos ex Italia reuocat, *nu.2.* Tarentini pacem à Romanis poſtulant. *ibid.*

An.mun.3781. Philadelphus amicitiam contrahit cum Romanis, *num.2.* qui

qui Colonias Ariminum ac Beneuentum mittunt, *num.* 3. vide 486. V. C. *num.* 5.

An.m. 3782. Antigonus Gonatas à Pyrrhi filio Ptolemæo vincitur, *num.* 1. Pyrrhus Spartam à Cleonymo euocatur, *nu.* 3. Laconiam vaſtat, ſed dum imprudenter differt vrbem occupare, mox fruſtra pugnat, *num.* 5. & ſuperuenientibus auxilijs ab vrbe repellitur, *n.* 6. Argos adit, ſed in itinere Ptolemæum filium amittit, *n.* 7. Ipſe dum Argos occupare conatur à muliere tegula proſtratus cadit, *n.* 11. Gonatas in mortuum humaniter ſe gerit, & regnum Macedoniæ recipit, *n.* 13.

*Olymp.* CXXVII. *V.C.* 481. *Pyrrhus Spartæ rem gerit.*

*Mors Pyrrhi.*

Tarentum venit in poteſtatem Romanorum, & Samnitico bello finis impoſitus, poſt annos 72. & 31. triumphos. Tarentinum autem 10. annorum fuit, *n.* 14. &c.

*Finis belli Samnitici & Tarentini.*

An.m. 3783. Moritur Epicurus, calculo 14. diebus fatigatus, *num.* 1. Noui motus in Macedonia & Græcia, *nu.* 2. Ariſtotimus Epiri tyrannus coniuratione deletur: *nu.* 4. Perfidia Romanæ legionis à Genutio Conſule caſtigatur, *nu.* 6. Strato Lampſacenus Theophraſti ſucceſſor moritur, cui ſuccedit Lycon, qui & Glycon, ad annos, 40. *ibid.*

*Mors Epicuri.*

*Glycon. Philoſ.*

*Gonatas delet Gallogræcos.*

An. mun. 3784. Antigonus Gonatas bello petit Spartanos, quibus fert opē Philadelphus, *n.* 1. Gallogræci ſuis cæſis, in bellum furioſe feruntur, & internecione delentur ab Antigono, *num.* 2. qui & bellum in Athenienſes parat, *num.* 3.

*Oppugnat Athenas.*

A. m. 3785. Gonatas Athenas bello petit, quibus fert opem Philadelphus, miſſo cum claſſe Patroclo, qui feliciter contra illum pugnat, *num* 2. Athenienſibus etiam ſubſidio venit Areus rex Spartanus; neuter tamen ſoluit obſidionem, *ibid.* Romæ nummus primum ſignatus fertur, quinquennio ante primum bellum Punicum, *nu.* 3.

*Olymp. CXXVIII. V.C. 485.*

A m. 3786. Spartani deſerunt Athenienſes, qui ſe Gonatæ dedunt, *num.* 2. Alexander filius Pyrrhi Rex Epiri vexat Macedoniam, *num.* 3. Romanorum ingens clades apud Picentes, cum terræ motu, *nu.* 4.

Anno mundi 3787. Antigonus Gonatas cum filio Demetrio, pulſo Alexandro, recipit Macedoniam, *n.* 1. Romani Brunduſium & Salentinos ſubijciunt, *n.* 2.

A. m. 3788. contigit bellum Magæ & Soteris contra Philadelphum, *num.* 1. Salentini in Italia iterato vin-

cuntur,

cuntur, *n.*2. Peſtilentia Romæ graſſa-
tur, & anno ſeq. perſeuerat, quo de- 3789.
prehenſa eſt Veſtalis Capparonia in-
ceſti rea, *n.*1. & conflatum eſt Volſci- *Seruile*
nienſe bellum, contra ſeruorum inſo- *bellum.*
lentiam, *n.*2.3.

Anno mundi 3790. Excitatum eſt *Olymp.*
primum bellum Punicum vtriuſque CXXIX.
populi ambitione. Occaſio fuit quod *V.C.*489.
Mamertinis latronibus, qui Meſſa- *Bellum*
nam Pœnis eripuerunt, Romani auxi- *Punicum*
lio veniſſent, *nu.*5. & vrbem cum arce *primum.*
occupaſſent. Pœni Romanos Sicilia
abire iubent, fruſtra: Quin & Hiero-
nem vincunt, & Syracuſas oppug-
nant, *num.*9.10. Moritur hoc anno
Zeno Stoicorum doctor, *n.*13. Volſci- *Zenonis*
nij perdomantur & primum Gladia- *mors.*
torum munus datur, *n.*14. *Gladiatores primi.*

A.m.3791. Romani plurima oppi-
da in Sicilia ſibi adiungunt, Hiero *Hiero rex*
contra eos Syracuſis feliciter pugnat, *Syracuſanus.*
moxq; cum ijs pacem init, *n.*2.3. reg-
no Syracuſarum ei confirmato, *ibid.*

An.m. 3792. Antiochus Soter filius *Antiochus*
Seleuci moritur, *nu.*1. ad Agrigentum *Soter.*
Romani cum Pœnis pugnant, & vin-
cunt, hoſtis noctu euadit, *n.*4. Roma-
ni vrbem occupant, ac diripiunt.

A.m.3793. Aſiæ rex factus eſt An- *Ant. Deus*

tiochus Deus filius Ant. Soteris Romani in Siciliæ Mediterraneis proficiunt, Pœni in Maritimis, itaque Romani claſſem parant, *n.* 3.

Oly. CXXX. V. C. 493. An. m. 3794. Bellum Antiochi Dei contra Philadelphum inchoatur, *n.* 1. Prima claſſis Romana 130. vel 60. nauium *n.* 2. Cornelius Conſul cum 17. nauibus ad Liparam capitur à Pœnis, *num.* 3. Ei ſuccedit Duillius, qui claſſe Pœnos vicit, moxque in terra quoque ſ rem bene gerit, & triumphat, *numer.* 4. 5. 6.

*Prima claſſis Rom.*

*Duillius.*

A. m. 3795. Aquilius Florus in Sicilia, Scipio in Corſica rem bene geſſere, hic Aleriam vi cepit, alias deditione. Tempeſtati ædem vouit. In Sardinia Olbiam cepit, de vtraque inſula triumphauit, *n.* 3. & 4. Romæ Seruilis coniuratio excitata, atque oppreſſa eſt, *n.* 5.

*Seruilis coniuratio*

An. m. 3796. Romani in Sicilia capiunt vrbes aliquot, ad Camerinam cladem accipiunt, *n.* 1. 2. Sulpicius Conſul in Sardinia proſpere agit, Annibalem ſeniorem vincit, qui à ſuis mox occiditur. *n.* 3.

*Camarina.*

*Annibal ſenior.*

An. m. 3797. Finitur bellum inter Antiochum Deum, & Philadelphum, qui illi filiam ſuam Berenicem dedit

vxorem,

vxorem, licet ex Laodice duos iam liberos ſuſcepiſſet, Seleucum Callinicum & Antiochum Hieracem, *n.* 1. 2. Attilius Regulus periculum adit in Sicilia, & cladem, ſicut & Pœni, *num.* 3. 4.

A. m. 3798. Antigonus Gonatas reddit Athenienſibus libertatem, amoto à Muſæo præſidio, *num.* 1. Nouus Hebræorum Pontifex Manaſſes, *num.* 2. Romani nauali prælio contra Amilcarem & Annonem pugnant & vincunt, *num.* 5. inde Africam petunt, *n.* 7. Clupeam capiunt, agrum populantur, *n.* 8. partem copiarum cum ſpolijs Romam remittunt, *n.* 9. *Olymp. CXXXI. V. C. 497. Manaſſes Pont.*

An. m. 3799. Attilius Regulus contra tres Pœnorum duces feliciter pugnat, & circiter 80. oppida capit, & ſerpentem horrendum occidit, *n.* 2. & 3. Mox pugnans cum Xantippo Lacone victus capitur cum multis, *n.* 5. *& ſeqq.* Nouus exercitus Roma venit, qui Pœnos fugat, Clupeam obſidione liberat, & Romam ſuperbe repetens, naufragio perit, *n.* 10. Pœni Siciliam repetunt, *n.* 11. *Attil. Regulus capitur. Serpens.*

A. m. 3800, Romani claſſem inſtaurant, Siciliam nutantem adeunt, Panormum capiunt, *nu.* 2. eius exem- *Naufragia.*

3801. plum aliæ vrbes ſecutæ. Ipſi mox Romam petunt, & proximo anno Siciliam & Africam repetunt, *n.*1. Delapſi in Syrtes iacturam faciunt, *ibid.* in reditu amittunt 150. naues, *n.*2.

*Olymp. CXXXII. V.C. 501.* A.m. 3802. Aurelius Cotta nauibus ab Hierone acceptis Liparam traiecit, vrbe expugnata, omnes occidit, & Tribunum Caſſium, qui iniuſſus pugnarat, exautorauit, *n.*2.

*Aſdrubal.* A.m. 3803. Metellus Conſul ad Panormum cum Aſdrubale feliciter pugnat, *num.* 4.120. Elephantos ex pugna captos Romam miſit. Aſdrubal à ſuis in crucem agitur, *num.*6. Pœni pacem optant, & per Regulum eam petunt, *num.* 7. quam ipſemet diſſuadet, & captiuorum quoque permutationem, *nu.*8. redit in Africam, ibique ſupplicio afficitur, *nu.*12. ſicut Romæ Pœni captiui, *nu.*13.

*Pax à Regulo diſſuadetur, & in Africa caditur.*

Anno mundi 3804. Romani claſſem in Pœnos reparant, & Siciliam repetunt, *num.*1. Lilybæum magna contentione oppugnant, *numer.*2. eoſque fame & peſte laborantes Hiero recreat, *n.*3.

*Romana clades in Sicilia.* An. m. 3805. Gemina clade affecti ſunt Romani, altera ad Lilybæum, ad Drapenum altera, *nu.* 2. & *ſeqq.*

A.m.

A.m. 3806. Laodice vxor Antiochi *Olymp.*
Dei reſtituitur in gradum ſuum, *nu.* 1. CXXXIII.
Iunius Erycem occupat in Sicilia, *n.* 2. *V.C.* 505.

A.m. 3807. Laodice maritum vene- *Laodice.*
no tollit, ne Berenicem reducat. Phi- *Philadel-*
ladelpho Berenices patre paulò ante *phi mors.*
mortuo, *num.* 1. 2. putatur etiam hoc
anno mortuus Manaſſes Pont. *num.* 4.
Romani naufragiorum pertæſi claſſe
abſtinent, *num.* 5.

Ann. m. 3808. Philadelpho ſuccedit *Ptol. Euer*
Euergetes, Antiocho Deo Seleucus *getes.*
Callinicus, *num.* 1. filius Laodices, quæ *Seleu.*
Berenicem æmulam cum eius filio oc- *Callini-*
cidit, *n.* 2. 3. In Sicilia Hamilcar Erycē *cus.*
Romanis eripit, *nu.* 4. Onias Simonis *Onias*
Iuſti filius fit Pontifex, *num.* 5. *Pont.*

A.m. 3809. Euergetes vltionem ex-
petit de Callinico & Laodice, *num.* 1.
quam interficit, *num.* 2. Parthi à regno
Seleuci deficiunt, *nu.* 3. *& ſeq.* Ad Æ- *Parthi.*
gimurum bene pugnatum eſt à Ro-
manis, ſed præda ingens naufragio pe-
rijt, *nu.* 7.

A.m. 3810. Euergetes, tota pene A- *Olymp.*
ſia occupata, redit in Ægyptum, *num.* CXXXIV.
1. 2. Bellum pertinax ad Erycem geri- *V.C.* 509.
tur, *nu.* 4.

An. m. 3811. Onias negat tributum
Euergeti, *num.* 1. Seleucus naufragus

*Aratus.* recuperat ciuitates ſuas, *n.* 2. Aratus Sicyonius Prætor rem bene gerit pro Achæis, *n.* 3. Romani ſtipendiario milite nunc primum vtuntur, & naues rurſum parant, *num.* 4.

An. m. 3812. Seleucus male pugnat contra Euergetem, *n.* 1. Lucatius Conſul ad Drepanum inſignem de Pœnis victoriam obtinet, *n.* 7. Erycem deditione recipit, *n.* 9.

An. m. 3813. Antiochus Hierax fratri Callinico fert opem, *n.* 1. Euergetes *Hierax.* cum Callinico pacẽ init, & arma vertit in Hieracem, qui ope Gallorum fratrem vincit, *n.* 2. Pœni pacem petunt, *Finis primi belli Punici.* & obtinent amiſſa Sicilia, &c. *n.* 3. ſicque primum bellum Punicum 24. annorum finem accepit, *num.* 5. At Pœnis *Bellũ Mercenarium ſiue Libycum.* exortum eſt bellũ crudele cum Mercenarijs, quod dictum eſt Libycum, *n.* 6. Roma inundatione, & incendio grauiter affligitur, *n.* 8. 9. Palladium ab *Palladiũ.* igne eripitur, *n.* 10.

*Olymp. CXXXV. V.C. 513.* An. m. 3814. Eumenes bellum fratribus infert, *n.* 1. Romani auxilia Euergeti offerunt, *n.* 2. Hiero Romam venit & vim magnam tritici populo donat, *ibid.* Floralia inſtituuntur, *nu.* 3. 4. *Floralia.* Sicilia in formam prouinciæ redacta eſt, *num.* 5. Romanorum liberalitas in

Pœnos,

Pœnos,*n*.5. Liuius Poëta primam dat Romæ fabulam. *Liuius Poëta.*

A.m.3815. Callinicus & Hierax iterum pugnant, & Hierax victus fugit ad ſocerum regem Cappadociæ, à quo metu inſidiarum iterum fugit, *num*. 1. Pax cum Pœnis nutat,*n*.3. Ennius naſcitur,*n*.4. *Ennius.*

An.mun.3816. Bellum Libycum, ſiue Mercenariorum finitur,*n*.1.

Hamilcar pater Annibalis tranſit in Hiſpaniam cum exercitu; iuſiurandũ exigit à filio nouenni, de inimicitijs cum Rom.*n*.2.&3. Romani Sardiniam affectant, qua Pœni cedunt belli metu. Gallicum bellum in Romanos renouatur,*n*.6. Liguſticum inchoatur, *n*.7. & vtrumque proximo anno continuatur. *Hamilcar pater Annibalis.* *Bellum Liguſticum.* 3817.

A.m. 3818. Galli Romanos laceſſunt, & mutuo confligunt,*n*.1. Cl. Clinia pacem facit cum Corſis, ob quam crudeliter à Roman. tractatur, *num*. 2. 3. Tertij Ludi ſeculares acti ſunt, *n*. 4. *Olymp. CXXXVI. V.C.517. Ludi Seculares.*

A.m.3819. Sardinia rebellans vincitur,*n*.1. Pœni de pace valde ſolliciti, *n*. 2. Iani portæ clauſæ, nec diu,*n*.2.

A.m.3820. Sp. Caruilius primum diuortium Romæ fecit, ob vxoris ſterilitatem, *num*. 1. Naſcitur Africanus *Diuortiũ. Ortus Scipionis Afric.*

Maior, *ibid.* Sardi, Corſi, Ligures ex condicto deficiunt, & tripartito exercitu vincuntur, *num.* 2.

A. mu. 3821. Onias II. moritur, *nu.* 1. Ad eum ſcriptæ litteræ ab Ario Spartæ rege, *nu.* 2. *& ſeqq.* Lacones cognati Hebræorum, *num.* 8. Demetrius Gonatæ filius moritur, relicto filio Philippo puerulo, cuius loco eius Tutor Antigonus regnauit, *num.* 10. Sardi & Ligures iterum deficiunt, opera Pœnorum, cum quibus ſemina iacta bellorum, *nu.* 12. interim illi vincuntur, *num.* 13. Cato maior naſcitur, *num.* 14.

*Onia II. mors.* *Antigonus Tutor.* *Catonis ortus.*

A. m. 3822. Simon II. Pontifex. Lycon Philoſ. moritur, *num.* 1. Antigonus Tutor reijcit officium ſimulatè, *nu.* 2. Iterum cōtra Sardos & Corſos pugnatur, *num.* 3. Origo belli Gallici, *n.* 4. etiam anno ſeq. contra Sardos & Corſos pugnatum, deque ijs in monte Albano triumphatum, *n.* 2.

*Simon II. Pont.* *Bellum Gallicum.* 3823.

An. mu. 3824. Amilcar moritur, cui gener eius Aſdrubal ſuccedit, *num.* 1. 2. Galli pecunias ad bellum colligunt, *n.* 4. Semina Illyrici belli à Teuta piraticam exercente iacta, *nu.* 5. &c. quod proximo anno feliciter geſtum eſt à Cn. Fuluio Conſule.

*Amilcaris mors.* *Bellum Illyricum.* 3825.

A. m.

An.mun.3826.Hierax confugit ad Ptol.Euergetem, à quo in vincula cõijcitur, *num.* 1. Conditiones pacis cum Teuta, *nu.* 2. Romani cum Græcis per legatos fœdera iungunt, *n.* 3. *Olymp. CXXXVIII. V.C.525.*

An.m.3827. Moritur Callinicus & Hierax eius frater, *nu.* 1.& 3. Romani metu Gallici belli, fœdus ineunt cum Aſdrubale, *n.* 4. *Callinici & Hieracis mors.*

A.m.3828.Seleucus Ceraunus Callinico patri in regno Aſiæ ſuccedit, *n.* 1.Romani ſacrificio duos Gallos marem & fœminam pariterq; duos Græcos viuos ſepeliunt, *n.* 4. *Seleucus Ceraunus. Crudele ſacrificiũ Rom.*

An.mundi 3829. Seleucus in Attalum mouet, interim Hermias regnum adminiſtrat, *num.* 1. Bellum Gallicum erumpit, *nu.* 2. pugnant cum Romanis & vincunt, *nu.* 5. mox autem ab vtroque Conſule vincuntur, *num.* 8.9. Bellum Cleomenis in Achæos, *num.* 12. *& ſeqq.* *Hermias.*

An.m.3830.Cleomenes in Achæos rem feliciter gerit, *n.* 1.Seleucus veneno tollitur, Achæus Antiocho Magno Seleuci fratri conſeruat imperium, traditque, *nu.* 3.4. Huc pertinent reliquiæ belli Gallici, *n.* 5. *Olymp. CXXXIX. V.C.529. Ant. Mag. Achæus.*

An.m.3831.Antigonus Tutor Græciam domat, *n.* 1. Cleomenes Megalo-

polim domat & vaſtat, *nu.* 2. Auxilia à Ptol. Euergete accipit, data obſide matre, *nu.* 3. Achæus recipit ditionem Seleuci ab Attalo, *nu.* 4. Romani contra Inſubres pugnant & vincunt, contemptis à Flaminio auſpicijs, *num.* 6.

*Coloſſus.* Coloſſus ex terræ motu corruit, *nu.* 7. qualis fuerit, *num.* 8. *& ſeqq.*

An. m. 3832. Antigoni Tutoris cum Cleomene pugna, *nu.* 1. & victoria, *nu.* 2. Spartam occupat, in eaque ſe moderate gerit, *nu.* 3. Achæus ab Antiocho

*Achæus deficit ab Antiocho.* deficit, & regnum inuadit: Molo quoque & Alexander deficiunt, *nu.* 4. Hermias malus Regis conſiliarius, *nu.* 5. 6. Coſſ. reſpuunt Gallicam pacem, *n.* 7. in Inſubres ducunt, qui & deditionem faciunt, *nu.* 8 Marcellus Virdomarum ducem Gallorum perimit, & opima ſpolia refert, *num.* 9.

*Pt. Euerg. mors.* A. m. 3833. Ptol. Euergetes moritur. Antiochus Mag. ducit vxorem Laodicem Mithridatis regis filiam, *nu.* 4. Molo ſe contra regem munit, *nu.* 5. Aſdrubal per dolum occiditur, *n.* 7. Ei ſuccedit Annibal 26. an. natus, *n.* 8. Oleadum gentem ſuperat, *n.* 9.

*Oly. CXL. V. C. 533. Philopator.* A. m. 3834, Euergeti ſuccedit Philopator, an occiſo patre? *n.* 1. homo luxu perditus, *num.* 2. 3. Moritur Antigo-

nus Tutor, *num.* 4. ei ſuccedit Philippus Perſei pater, *n.*5. Antiochus in Molonem per ſeipſum mouet, *nu.*7. Hermias Epigenem opprimit calumnia, *n.*8. Annibal rem feliciter gerit in Hiſpania, *n.*12.

An.m. 3835, Cleomenes calumnia oppreſſus, ſe denique interimit, *n.*4.5. quem ſecuti ſunt mater & liberi, *nu.*6. Cœleſyriæ præfectus à Philopatore deficit, *n.*7. Molo à ſuis deſertus, cõtra Antiochũ pugnans male perit, *n.*8. 9. Naſcitur Seleucus eius filius, *n.*9, Hermias à Rege occiditur cũ domeſticis eius, *n.*12, Romani bellum Illyricũ gerunt contra Demetrium Pharium, qui victus ad Philippũ Maced. fugit, quẽque incitat in Romanos, *n.*16, Annibal Saguntum oppugnat, *n.*18, eamq; denique expugnat, & delet, *n.*23, *Cleomenes.* *Seleucus.* *Saguntus.*

An.m. 3836, Antiochus Seleuciã petit, & deditione recipit, tum Ptolemaidem, Tyrum, totamq; Cœleſyriam, *n.*2, 3, *& ſeqq.* Ægyptum cogitat, Ægyptij defenſionem parant, *n.*5, Annibalis induſtria & apparatus ad bellũ, *n.*10. Italiam petit, obtinetque à Gallis tranſitum, *n.*12, Ei occurrit Scipio, *num.* 14, Pœni Rhodanum traijciunt, *num.* 15, pugna in tranſitu, & primo *Antiochi magni victoria.* *Secundum bellum Punicum.*

occurſu, *nu.* 16. 17. Scipio fratrem cum parte copiarum in Hiſpaniam mittit,
*Annibal tranſit Alpes.*
*n.* 18. Annibal Alpes traijcit, *ibid.* Taurinum triduo expugnant, *num.* 19. pugna gemina ſpeculatorum vtriuſque exercitus, *num.* 17. & 21. Scipio à filio morti eripitur, *num.* 21. ad Trebiam proficiſcitur, *nu.* 22. Interim Sempronius eius collega rem bene gerit cum Pœnis, *nu.* 23. Et Scipioni ſubſidio venit, *nu.* 24. ambit pugnam inconſulte, eique parat inſidias Annibal, *num.* 26.
*Pugna ad Trebiam.*
& 27. ad Trebiam pugnat & vincit, *nu.* 28.

*Antiochus in Ægypto.*
A.m. 3837. Antiochus Ægyptios terra marique vincit, *n.* 3. Iudæã peragrat, *ibid.* ad eum multi deficiunt, *n.* 4. Ptolemaide hyemat, *n.* 5. Annibal Hetruriam cogitans Apenninum fruſtra tentat, *nu.* 7. iterum cum Sempronio pugnat ambigua victoria, *num.* 8. At Cn. Scipio in Hiſpania rem bene gerit cõtra Hannonem, *n.* 10. Flaminius Conſul clam adit prouinciam, ibique init magiſtratum, *n.* 11. 12. Annibal tranſit
*Pugna ad Thraſymemum.*
Apenninum, & Flaminium ad lacum Thraſymenum trahit, *nu.* 15. eumque ibi magna cum clade vincit, *nu.* 16. ibique occiditur, *ibi.* Q. Fabius prodicta-
*Q. Fabius.*
tor creatur *n.* 20. qui fruſtra ab Annibale

bale

bale & Minucio Mag. Equitum irritatus, aſſectatur hoſtem, *n.* 25. Mancinus cum eo pugnat iniuſſus, & perit, P. Scipio fratri Cn. in Hiſpania coniungitur, *nu.* 28. Minucius in magno diſcrimine à Fabio liberatur, *n.* 31. 32.

A. m. 3838. Pugnat Antiochus cum Philopatore, *nu.* 4. nec vincit, *n.* 6. inducias obtinet, *nu.* 7. Philopator templum adit; & Oraculo prohibetur, *nu.* 9. iratus diſcedit in Ægyptum, *nu.* 10. Romæ Terentius Varro creatur Conſul, *nu.* 12. homo ſuperbus ac tẽmerarius, *n.* 14. Annibal ad Cannas pugnam parat, *n.* 18. Et Varro Æmilio collega cunctante, *n.* 19. Initur pugna, *nu.* 20. Æmylius occumbit, *n.* 21. magnitudo cladis Cannenſis, *n.* 22. &c. Annibal victoria vti neſcit, *n.* 23. Romæ fit nouus delectus cum Dictatore, *n.* 27. Captiui à Romanis inhumaniter tractantur, *n.* 28. 29. *& ſeqq.* Capua deficit ad Annibalem, *n.* 34. &c. eius geſta Carthagine celebrantur, *nu.* 38. tres modij annulorum, *ibid.* Annibal cladem ad Nolam accipit à Marcello, *n.* 42. Capuam in hyberna concedit, *n.* 43. & 44.

*Olymp.* CXLI. *V. C.* 537. *Philopator in Iudæa.* *Pugna Cannenſis.* *Capua.*

An. m. 3839. Antiochus in Achæum mouet, & ad Sardes eum compellit, *n.* 1. Philopator Iudæos vexat, *n.* 2. *& ſeq.* fuſe;

*Philopator Iudæos vexat.*

fuſe; eius in eos decretum, *n.* 7. Alexā-driæ obteri iubentur ab Elephantis, *numer.* 11. ſæpius diuinitus liberantur, *num.* 11. 12. *& ſeqq.* Rex Deum agnoſcit, & Iudæos peramanter tractat, *numer.* 16. 17. &c. qui occidunt 300. apoſtatas, *num.* 19.

*Miraculo liberātur.*

*Caſilinū.*

Annibal Caſilinum fame expugnat, *nu.* 22. Clades Poſthumij Conſulis in Sylua Litana, à Boijs ſiue Gallis, *num.* 24. Scipiones in Hiſpania rem bene gerunt contra Aſdrubalem, *numer.* 26. 27. 28. Annibal aliquot oppida capit, *numer.* 29. & ſubſidia Carthagine recipit. Philippus Macedo legatos ad Annibalem mittit, *numer.* 32. & cum eo fœdus init, *n.* 33. Annibal legatos ad Philippum mittit, qui à Romanis capiuntur, *numer.* 34. quæ res Philippo innotuit, *nu.* 36. Annibal Nolam pertentat, vbi cladem accipit à Marcello, *nu.* 40. *& ſeqq.* Victoriæ Scipionum in Hiſpania ad Illiturgum, *n.* 44. & Incibile contra Hannonem & Aſdrubalem, *n.* 45.

*Annibalis cum Philippo fœdus.*

*Achæi cædes.*

A. m. 3840, Antiochus opera Lagoræ Sardeis occupat, *num.* 1. 2. &c. & Achæum aſtutitia & proditione Bolidis & Cambyli, *nu.* 6. 7. *& ſeqq.* compre-

henſus

henſus ad Antiochum adducitur, & ſupplicio afficitur, *n.* 13. 14. Arx Antiocho reſtituitur, *nu.* 15. Philopatoris in Ægypto vita turpiſſima, *num.* 16. Hiero Syracuſanus in Sicilia moritur, *nu.* 18. Syracuſæ ad Annibalem deficiunt, *numer.* 19. & 20. Ad Benenentum res bene geritur à Volonibus, ſpe libertatis, *num.* 24. 25. Marcellus Annibalem ad Nolam vincit, *num.* 26. Tarentini Annibalem fruſtra accerſunt, *n.* 27. & 28. Fabius & Marcellus Caſilinum Pœnis eripiūt, *n.* 30. magnæ turbæ excitantur in Sicilia, à morte Hieronis, *nu.* 31. præſertim per legatos Annibalis, *nu.* 33. *& ſeqq.* Syracuſæ deficiunt, *num.* 37. à Romanis obſeſſæ ab Archimede defenduntur, *nu.* 39. Marcellus vrbes aliquot recipit, *nu.* 40. redit ad obſidionem, *n.* 42. M. Valerius Prætor contra Philippum Maced. bene rem gerit, *n.* 43. Scipionum in Hiſpania res dubiæ, *n.* 44. Ad Mundam, & Aurigem magna à Romanis obtenta victoria, *n.* 45. Saguntus recipitur, ſuiſque redditur, *n.* 46.

*Hieronis mors.*

*Archimedes.*

*Saguntus.*

A. m. 3841, Fabius Arpinates reducit ad Romanos, *n.* 4. Incendium Romæ triduo graſſatur, *nu.* 5. Lex Oppia de ſumptibus fertur, *num.* 5. Scipiones fœ-

*Incēdium Romæ.*

*Lex Oppia.*

*Syphax. Maſaniſſa. Marcellus.*

fœdus ineunt cum Syphace Numida, n.6. quem Maſaniſſa ſemel iterumque vincit, n.7. Marcellus in obſidione Syracuſarum perſeuerat, n.8.

*Olymp. CXLII. V.C.541. Tarentũ.*

An. m. 3842. Tarentini ad Annibalem deficiunt, n.4. & ſeqq. ſpecie venationis facta eſt proditio, n.6. Romani cæduntur, fugiunt in arcem, n.9. Eam Pœnus obſidet, n.10.11.

*Syracuſæ captæ. Archimedis cædes.*

Capua à Conſule & Prætore obſidetur, nu.19. Ei Annibal ſpondet auxilium, n.20. Syracuſæ à Marcello occupantur, n.21. & 22. diripiuntur, nu.23. Archimedes occiditur, n.25. Marcellus res in Sicilia laudabiliter componit, num.27. Læuinus populos ſibi in Græcia & Aſia conciliat contra Philippum, n.29. & an. ſeq. 19. 20. In Hiſpania vterque Scipio occumbit, cum magna Romanorum clade, num.33. & ſeqq. L. Martius rem Romanam reſtituit, n.36. & ſeqq.

*Clades Scipionum in Hiſpania.*

A. m. 3843. Capuæ vrgetur obſidio, n.6. Annibal fruſtra opem ferre conatur, n.7. Romam cogitat, nu.8. Q. Fuluius vrbi præſidio venit, n.9. & ſeqq. Eorum pugna tempeſtate bis impeditur, nu.13 Obſidio Capuæ redintegratur, nu 14. Campanorum deſperatio, & voluntariæ cædes viginti ſeptẽ

*Capuana clades.*

ſponte

ſponte pereunt, 80. à Fuluio interfici-
untur, *n.* 15. 16. 17. Vrbis deſolatio, *nu.*
18. Nouus exercitus in Hiſpaniam
tranſportatur, *n.* 21. Eo Scipio P. filius
mittitur, *num.* 22 Marcellus ouans vr-
bem ingreditur, *n.* 24. & 25.

An. m. 3844. Expeditio Philippi in Finitimos populos, *num.* 2. Ætolorum & Acarnanum ferales inimicitiæ, *n.* 3. Anticyra à Romanis & Ætolis occupatur, *n.* 4. Marcellus a Siculis, Fuluius à Campanis accuſatur, *n.* 5. triſti Campanorum exitu, *nu* 9. & 10. Marcellus aliquot vrbes recipit, *n.* 11. 12. Fuluius ad Herdoneam ab Annibale cladem accipit, vrbem Annibal ſpoliatam incendit, *n.* 13. ad Tarentum naualem cladem Romani accipiunt, *n.* 15. Agrigento Romani proditione potiuntur, *n.* 16. 17. tota Sicilia in Rom. poteſtatem venit, *nu.* 18. Scipio Carthaginem nouam in Hiſpania occupat, *nu.* 20. & *ſeqq.* eiuſdem humanitas, moderatio, continentia, *nu.* 24. & *ſeqq.* Variæ legationes Romæ, *nu.* 31. 32. Antiochus Arſacem perſequitur, *ibid.*

*Philippus.*

*Anticyra.*

*Sicilia Romanis paret.*

*Scipionis virtus.*

An. m. 3845. Pœni in Africa expeditionem parant in Hiſpaniam, *num.* 2. Coſſ. Fabius ad Tarentum, Fuluius in Lucanis, & Brutijs bene rem gerunt, *n.* 3.

*Marcellus.* *n.* 3. Marcellus cum Annibale pugnat, & vincitur, *num.* 7. poſtridie renouata pugna vincit, *n.* 9. Fuluius multos deditione recipit, Fabius Tarentũ capit, *n.* 11. & periculum ab Annibale cunctatione ſua effugit, *n.* 12. plurimi in Hiſpania ad Scipionem deficiunt, qui Aſdrubalem vincit & fugat, 14. 15. Nepotem Maſaniſſæ reddit, & auunculum ſibi conciliat, *nu.* 16. Marcellus Romæ accuſatus, quintum obtinet conſulatum, *n.* 18. 19. in Ægypto Ptol. Epiphanes naſcitur, *n.* 20.

*Olymp. CXLIII. V. C. 545. Marcelli mors.* An. m. 3846, Romanum imperium vna & 20. legionibus defenſum eſt, *n.* 4. Coſſ. ad Locros inſidijs Annibalis circumuenti, ſemel iterumq; cladem accipiunt, & in poſteriore Marcellus Conſul occiditur, eius collega vulnerato, *nu.* 8. Annibal eius corpus honorat, *numer.* 10. & Annulo abutitur, ſed dolus in eum vertitur, *numer.* 12. Locrorum ſoluit obſidionem, *numer.* 13. Alter Conſul Criſpinus ex vulneribus moritur, *numer.* 14. Valerius claſſe pugnat cum Pœnis & vincit, *num.* 15. Philippus contra Ætolos, quos Romani defendebant, feliciter pugnat, *numer.* 15. & 20. Romanos prædones male accipit, *num.* 17. & ipſe viciſſim

*Philippi geſta varia.*

ad

ad Elim male acceptus eſt, *n.*18. Aliæ pugnæ eiuſdem contra Eleos & Dardanos, *n.*19.

A.m.3847, Aſdrubal frater Annibalis tranſit in Italiam vt ſe illi iungat, *n.* 5. Hoſtilius improuiſa Annibalem clade afficit, *n.*6. Eum Claudius Nero Conſ. perſequitur, & leuibus cum eo prælijs agit, *n.*7. deinde legitimo vincit, *n.*8. Clam adit Collegam, vt pugnet cum Aſdrubale, cum quo pugnat; ibi cum ingenti clade Aſdrubal occumbit, *nu.*15. Nero caſtra ſua repetit cum capite Aſdrubalis, *nu.*17. Luctus Annibalis, *n.*18.

*Aſdrubal frater Annibalis. A Claudio Nerone caditur.*

Hanno ſuffectus Aſdrubali in Hiſnia, *n.*20. Syllanus Celtiberos, Scipionis auſpicijs profligat, *n.*21. Magonem fugat, Hannonem capit, *nu.*22. L. Scipio Oringin capit, *n.*24. Romam à P. Fratre cum Hannone duce mittitur, *n.*25. Læuinus ex Africana populatione rediens, Pœnos claſſe vincit, *num.* 26. Sulpitius cum Attalo rem bene gerunt contra Philippum, *numer.*27. 28. Philippus quoque aliquot oppida capit, *numer.*29. Philopœmen Machanidam Spartanum tyrannum confecit, *n.*30.

*Syllanus & Hanno.*

*Machanidas.*

An.m.3848, Coſſ. in Brutijs contra

Annibalem conſiſtunt, qui hoc anno quieuit, *n.* 2. 3. Scipio in Hiſpania contra Pœnos magnis vtrimque copijs pugnat, & vincit, *n.* 5. & 6. eaque victoria in Hiſpania debellatum eſt, *n.* 8. Inde Syphacem cum Lælio adit, eoque Romanis iuncto, Hiſpaniam repetit, *n.* 12. ibique aliquot vrbes tum vi, tum deditione accepit, *nu* 13. 14. Atrox Aſtapenſium clades, *n.* 15. 16. Scipione ægrotante, res domi foriſque turbatur, *n.* 18. mox ſanatus ſeditioni ſeuerè medetur, *n.* 20. *& ſeq.* deinde Regulos qui defecerant adit, vincitque, & ſupplicibus parcit, *nu* 24. & 25. Inde adit Maſaniſſam, eumque Romanis conciliat, *nu.* 27. moxque Romam proficiſcitur, *nu.* 29. Mago cum copijs adit Annibalem, *n.* 28.

*Scipio in Hiſpania.* *Syphax.* *Aſtapēſes.* *Maſaniſſa.* *Scipio in Sicilia.* *Lælius.*

An. m. 3849. P. Scipio fit Conſul, *n.* 1. ei Africa deſtinatur, *n.* 2. & 3. mittitur in Siciliam, ibiq; bellum apparat, & Lælium mittit in Africam prædatum, *nu.* 5. Mago Genuam occupat, & copias colligit, *n.* 4. bellum in Hiſpania renouatur, *n.* 6. breuique conficitur, *ibid.* Lælius redit in Siciliam cum præda, *n.* 8. Scipio Locros excurrit, & vrbem cum vtraque arce recipit, *nu.* 8. 9. 10 Plemminij legati improbitas, *n.* 11. 12. &

n.12. & an. ſeq. *n.*11. *& ſeqq.* Idea mater Peſſinunte petitur, Romamque deuehitur, *n.*13. & 14. & an. ſeq. *nu.*10. Antiochus pacem init cum Eutydemo, *num.*15.

*Ol.* CXLIV. *V. C.* 549. *Mors Philopatoris.*

A.m.3850. Turpiſſimam vitam finit Philopator, *num.*2. Antiochus bellum quod pararat in patrem, in fil. eius Ptol. Epiphanem tunc quadriennem ducit, *n.* 3. conſpirat cum Philippo in perniciem Ægypti, *n.*6. Philippus pacem init cum Ætolis, multiſque gentibus, *n.*8. 9. quæ Romæ confirmatur, *n.* 9. Scipioni prorogatur imperium, *n.*10. deque ipſo in Senatu diſceptatur, *n.*12. *& ſeqq.* Syphax à Scipione deficit, *n* 16. Scipio traducit exercitum in Africam, *n.*17. & 19. Pœni duplici certamine equeſtri vincuntur, *nu.*20. & 21 Maſaniſſa venit ad Scipionem, *nu.* 21. Aſdrubalis, & Syphacis copiæ pro Pœnis, *num.*22. Scipio Vticam fruſtra 40. diebus oppugnat, *nu.* 22. Annibal gemino prælio victus eſt, *n.*23.

*Scipio in Africa.*

*Agathoclis mors.*

A.m.3851. Seditio in Ægypto exoritur contra Agathoclem tutorem Epiphanis, *n.*2. interficitur, *nu.*4. Romani tutores fiunt regis infantis, *n.*6, 7, Scipioni prorogatur imperium donec in Africa debellatum eſſet, *nu.* 10. Syphax pacem offert, Scipio explorat

caſtra hoſtium, *n.*13. eàque incendit, *n.* 14. 15. Redintegratur exercitus, *nu.*17. Iterum pugnaturum Aſdrubal & Syphax fugiunt, quos Lælius & Maſaniſſa perſequuntur & Syphacem captum ad vrbem ſuam adducunt vinctum, eamque deditione capiunt, *nu.*21. Sophonisba ſe Maſaniſſæ dedit, qui eam ducit, ſed eam mox ei Scipio eripit, & ille ſe veneno tollit, *num.*25. Scipio Syphacem Romam cum Lælio mittit, *n.* 27. In Liguria contra Pœnos pugnatũ eſt, victoria Romanis cruenta contigit. Mago grauiter vulneratur, & Carthaginem reuocatus in itinere moritur, *nu.*32. Eodem reuocatur Annibal multum dolens, *n.*33. appellit in Africam, *n.*35. Semina belli contra Philippum, *num.*36. moritur Romæ Fabius, *ibid.*

*Syphacis clades.*

*Sophonisbæ coniugiũ, & mors.*

*Annibal in Africa.*

An. mu. 3852. Ptol. Epiphanes duce Scopa Iudæam, & plurimas Syriæ ciuitates occupat, *nu.*1. Claudius Nero Coſ. mittitur in Africam, pari illic imperio cum Scipione futurus, *nu.*2. ſed tempeſtate vexatus è Sardinia Romã adit, *nu.*18. Annibalis ſpeculatores capiuntur, *nu.*4. Annibal à Scipione pacem petit, *num.*5. ſed fruſtra, *nu.*6. Decretorium certamen initur, *num.* 7. in eoque

*Ptol. Epiphan. & Scopas.*

*Scipionis victoria de*

*Annibale.* eoque Pœni vincuntur, *nu* 8.9. Annibal fugit è prælio, & ſuis pacem ſuadet, *num.*11. Scipio Carthaginem terra marique obſidet, *n* 12. Numidarum auxilia delet, *nu.*13. Inclinat in pacem ne gloriam confecti belli ſucceſſori tribuat, *nu.*14. Denique ea conficitur duris conditionibus, *n.*15. Legati de ea Romam mittuntur, *n.*17. *Pacem admittit.*

An.mun.3853. Hoc 18. anno ſecundi belli Punici pax cum Pœnis Romæ confirmatur, qui fuit V.C.552. *nu.* 5. & 6. Scipionis gloria, & triumphus, *n.*8. *& ſeqq.* Legati Philippi in Senatu arguuntur de violato ab eo fœdere, *n.*4. Syphax Tybure moritur, *n.*8 Maſaniſſa multum agri Punici vindicat ſibi, *n.* 11. Philippus vexat ſocios populi Rom. *nu.*12.13. Romani legatos in Ægyptum mittunt, amicitiæ cauſa, *n.*14. Læuinus in Macedoniam tranſit, *numer.*15. *Finis 2. belli Punici.* *Syphacis mors.* *Philippus.*

Anno mundi 3854. Inchoatur bellum Macedonicum, *num.* 1. Inſubres & alij duce Amılcare Placentiam vaſtant, Cremonæ imminent, *nu.*6. profligantur cum magna clade, & Amilcar ibi occũbit, *n.*8.9. Maſaniſſa mittit auxilium equeſtre in Græciam in Philippum, *nu.*10. Vermina filius Syphacis amicitiam Romanorum, *Olymp. CXLV. V.C.553. Bellum Maced. primum.* *Vermina.*

petit, *nu.*11. Sulpicius Conſul adit Macedoniam, & auxilia mittit Athenas, *numer.*12. Philippus male pugnat cum Rhodijs, & Attalicis, Abydenos expugnat, qui ſeipſos miſere perdunt, *n.* 18, Philippus nixus fœdere cum Antiocho, bellum cum Romanis admittit, *nu.*20. Cl. Cento opem fert Athenienſibus, & Chalcidem Philippo eripit, *n.*24, qui Athenas pene occupat, *n.* 25, mox pugnat, & graſſatur in agros, *nu.*27. Athenas iterum fruſtra tentat, *n.*29.

*Abydeni.*

*Romani in Macedonia.*

An. m. 3855. Romani Macedoniam populantur, multoſque habent adiutores è Græcia, *num.*1.2. Philippus aliquot velitationibus cum Romanis pugnat, *n.* 6.7.8. nec ſine periculo, *nu.* 10. In Dardanos autem & Ætolos feliciter pugnat, *nu.*11. & 12. Athenienſes Philippum diris deuouent, *n.*14.

*Antiochus in Ægypto.*

An. m. 3856. Antiochus expeditionem ſuſcipit in Ægyptum, *n* 1. & Scopa ſuperato, Syriæ vrbes recepit, *n.*2. & 4. Iudæi ſe Antiocho dedunt, *nu.*3. Onias III. fugit in Ægyptum, *n.*5. Flamininus fit Conſul, & M. Cato Prætor in Sardinia, *num.* 7, 22, Antiochus Attali regnum vexat, *n.* 8, Conſul tendit in Philippum, *n.*10, qui pacem tentat, *num.*11. Romani patefacto tranſitu

*Iudæi.*

*Onias.*

*Clades Philippi.*

contra-

contra regem à tergo & fronte pugnant, *nu.*13. Rex fugit, caſtra diripiuntur, multi eum vndique inuadunt, terra marique, *nu.*14, 15, Achæi eundem deſerunt, & ſe Romanis adiungunt, *n.* 18. Corinthus Philippo ſeruatur, & acquirit Argos, *n.*20. ſed Elatiam Romani capiunt, *n.*21.

An. m. 3857, Antiochi expeditio in Ægyptum, *nu.*1, multas Epiphanis vrbes in Aſia capit, *n.*1, 2, Rhodij ei reſiſtunt, *n.*2. & 4. Flaminino prorogatur imperium, *nu.*6. Ab eo de pace agitur cum Philippo, & Romam legati mittuntur, *nu.*7, 8, qui interfecta pace redierunt; quod Philippus Græciæ compedes retinere vellet, Corinthū, Calchidem, & Demetriadem, *n.*8, 9, Philippus Nabi tyranno committit Argos, vbi is cum vxore prædonem agit, *n.*10, 11. 12. Totis copijs pugnatur à Quintio & Philippo, qui denique victus fugit, *n.*17. Quintius etiam caſtris potitur, legati de pace Romam mittuntur. Noui motus in Hiſpania, *nu.*21. Inſubres à Romanis magna clade victi, *n.*23. Boij, alijque populi deditionem fecere, *n.*24.

*Pax irrita*

*Nabis.*

*Philippi fuga.*

Anno mundi 3858. Antiochus filiam ſuam deſpondet Ptol. Epiphani, *n.*2. ſpe occupandi Ægyptum, *num.*3.

*Olymp.* CXLVI. *V. C.* 557.

*Pax cum Philippo.* Romani in Hiſpania cladem accipiũt, *n.*4. Pax cum Philippo inita, *n.*5. eius conditiones, *n.*6. &7. Libertas Græciæ promulgatur, *nu.*9. cum ſummo eius gaudio, *n.*10. Antiochus multas vrbes capit & obſidet, *num.*12. Lyſimachiam inſtaurat, *nu.*13. Thraciam ſibi vendicat, *n.*14. Epiphanes periculum adit à Scopa, *n.*17. qui mox interficitur, *ibid.* eiuſdem opes, *nu.*18. Dicearchi impietas, *ibid.* Marcelli clades à Boijs, qui viciſſim mox delentur, *n.*20.

*Antiochi geſta varia.*

*Scopæ mors.*

*Cato in Hiſpania.* Anno mundi 3859, Catonis Conſulis expeditio in Hiſpaniam, *n.*2. Annibal adit Antiochum Epheſi, *n.*5.6. Nabis tyrannus Argis obſidetur, *num.* 8. & tandem Spartæ à Quintio dimittitur Argis liberatis, *nu.*16. Ver ſacrum quo Ioui ſacrificabatur, quod vere natum eſſet, *n.*17. Lex Oppia abrogatur, *n.*18. Lex Oppia abrogatur, *nu.*18. Cato ſocios fama iuuat cum re nequit, *nu.*22. pugnat cum hoſte, nec ſine periculo vincit, *n.* 24. Catonis in bello labores, & in ſeipſum ſeueritas, *n.*25. res ab eodem geſta cum Celtiberis, &c. *nu.*26. *& ſeqq.*

*Ver ſacrũ.*

*Catonis geſta.*

*Quintius liberat Græciam.* An.m.3860. Romæ pax cum Nabide confirmatur, *n.*1. Quintius ius dicit in Græcia, omneſque liberat ciuitates, *n.* 3. &c. traijcit in Italiam, & triduo triumphat,

umpſat, *nu.* 6. & M. Cato de citeriore Hiſpania, *n.* 7. Scipio princeps Senatus Senatorias ſedes in ludis ſeparauit à plebe, non ſine illius offenſione, *n.* 8.

Anno mundi 3861, Diſceptatio legatorum Antiochi & Quintij, *nu.* 2. *& ſeqq.* Legati Roma ad Antiochum mittuntur, *num.* 8. Annibal Antiochum ad bellum in Romanos excitat, in Italia gerendum, *nu.* 9. & Pœnos ad belli ſocietatem incitat, *n.* 10. Pœni de Maſaniſſa Romę queruntur, *n.* 12 In Hiſpania ad Scipionem Cn. filium plus 50. oppida deficiunt, idem victoriam de Luſitanis obtinet, *n.* 13. Romæ cum Liguribus & Boijs non male pugnatur, *n.* 15, 16, 17, &c.

*Annibal apud Antiochum.*

*Scipio in Hiſpania.*

A. m. 3862, Ætoli Nabin, Philippū, Antiochum excitant contra Romanos, *nu.* 2, 3, Antiochus belli ſocios ſibi parat affinitatibus, *n.* 4. 5. Annibalis de ſe iudicium, *nu.* 8. Antiochus filium amittit, *n.* 9. bellum in concilio decernit, *nu.* 11. Romani bene in Hiſpania, male in Liguria rem gerunt, *num.* 11. 12. ope Numidarum liberantur, *ibid.* Romæ terræ motus ad 38. dies: & ingens incendium, *n.* 13. Demetriadem Ætoli occupant, *numer.* 21. Nabidem interficiunt, *num.* 22. Spartam occupant, *numer.* 23. Chalcidem fruſtra aggre-

*Olymp.* CXLVII. *V.C.* 561. *Ætoli in Romanos.*

*Romæ terræ motus, & incendium.*

*Nabidis mors.*



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

diuntur, *nu.* 24. Apparatus Romanorum in Antiochum, *num.* 5. qui Chalcidem occupat, *num.* 31. ibique hyemat, *num.* 32. ei ſapiens conſilium dat Annibal, *n.* 34. Antiochus Philippum à ſe alienat, *num.* 35. & Lariſſam fruſtra obſidet, *num.* 36. Nuptias indecoras celebrat, *ibid.*

*Bellum Antioch.*

An. m. 3863. Bellum aperte contra Antiochum ſuſcipitur à Romanis, *n.* 1. *& ſeqq.* Auxilia eis offerunt Ptolemæus & Philippus, Pœni & Numidæ, *n.* 5. Antiochum ſerò belli pœnitet, *num.* 8. pugnat, & vincitur, *nu.* 11. 12. In mari quoque cladem accepit, *num.* 14 fugit Epheſum, & amittit Eubœam, *nu.* 15. Conſul Acilius Heracleum obſidet, & expugnat, *num.* 16. 17. Ætoli pacem petunt ab eo, *num.* 19. Moxque bellum repetunt, *nu.* 21. Naupacti obſidentur, *n.* 22. Quintius Ætolorum miſeretur, *n.* 24. quibus inducias impetrat, *n.* 25. Naualis pugna Regiorum cum Romanis & victoria, *numer.* 31. Boij quoque & Inſubres in Italia victi, *numer.* 33. *& ſeqq.*

*Antiochus male rem gerit.*

*Ætolorum cauſa.*

A. m. 3864. Ætoli male accipiuntur à Romanis, *num.* 3. L. Scipio bello Antiocheno præficitur, *n.* 4. & Claſſi Regillus, *n.* 5. Ætoli bellum renouant in Romanos, *nu.* 8. Cum Conſule diſceptant,

tant, *num.* 9. & Romam remittuntur, *ibid.* Antiochus de pace fruſtra agit, *n.* 18. Regij contra Rhodios ad Eurymedontem claſſe pugnant, *num.* 20. & vincuntur, fugitque Annibal, *num.* 21. Antiochus Pruſiam fruſtrà ſollicitat, *nu.* 22. Ad Mioneſum claſſe vincitur, *nu.* 26. 27. Lyſimachiam imprudenter deſerit, *n.* 28. Æmilius Prætor Phocęā deditione recipit, *n.* 30. Conſul traijcit Helleſpontum, *n.* 31. Antiochus legatos de pace mittit fruſtra, *n.* 33. pugnatur totis copijs, *nu.* 39. *& ſeqq.* Antiochus fugit, *n.* 41. vrbes deduntur, *n.* 42. Rex pacem petit duris conditionibus acquieſcens, *num.* 43. Legati Romam mittuntur, *num.* 45. Ætoli varia loca recuperant, *n.* 47. & Romam legatos mittunt, *n.* 48.

*Antiochi imprudentia.*

*A L. Scipione vincitur, & pacem quærit.*

An. m. 3865. Ætolorum legati improuidi Roma reijciuntur, & pro hoſtibus habentur, *n.* 2. 3. Victoria Aſiana Romæ innoteſcit, *n.* 4. 5. Legati Antiochi pacem petunt, & obtinent, *n.* 8. Senatus in Eumenem & Rhodios de rebus Antiochi liberalis, *num.* 9. Bæbius Prætor à Liguribus cæſus, *n.* 10. Æmilius rem bene gerit in Luſitanos. L. Scipio de Aſia triumphat, *nu.* 13. & 14. Fuluius contra Ætolos pugnat, *nu.* 15. Afflicti iterum pacem quærunt, *n.* 17. & ob-

*& obtinet*

*L. Scipio de Antiocho triumphat.*

& obtinent, *num.* 18. quæ Romæ confirmatur, *num.* 22. Res bene geritur à Manlio in Galatia, *num.* 23. *& ſeq.* Legatos de pace mittunt, *nu.* 33. &c.

*Olymp. CXLVIII. V.C. 565. Mors Antiochi. Seleucus regnat.*

An. m. 3866, Fœdus cum Anitiocho recognoſcitur, *n.* 4. *& ſeq.* idemq; moritur trigeſimo ſeptimo regni anno *n.* 19. præcipuæ clades eius, *nu.* 21. Achæi vexant Spartanos, *n.* 16. *& ſeqq.*

A. m. 3867, Seleucus filius Antiochi Magni regnare incipit, *num.* 2. Manlius, & Fuluius de prouincijs decedunt, *nu.* 7. Manlius triumphat, *nu.* 10.

*Africani accuſatio & exiliũ.*

Africanus accuſatur male acceptæ pecuniæ, *num.* 11. glorioſa eius ſui defenſio, *nu.* 12. 13. Abit in voluntarium exilium, *n.* 15. Eius fratrem L. Cato curat accuſari, *nu.* 16, damnatus peculatus adit periculum carceris, *nu.* 17, mittitur in Aſiam legatus, *n.* 18, Fuluius quoq; Proconſul triumphat, *n.* 19. 20.

*Ortus Demetrij Seleuci.*

An. mu. 3868, Seleuco naſcitur filius Demetrius, qui poſtea obſes pro patruo Epiphane Romæ fuit, *num.* 1. Nefanda Bacchanalia vulgantur, *nu.* 2. 3. Male cum Liguribus pugnatur, *nu.* 4. bene in Hiſpania, *nu.* 5.

*Bacchanalia.*

A. mun. 3869, Semina renouati belli Macedonici, *num.* 1. 2. Romanorum iuſſu præſidia deducuntur ex vrbibus, cum offenſione Philippi, *num.* 3. 4.

Ro-

Romanorum ad Tagum victoria de Hiſpanis, *nu.* 6, Maior Africanus moritur, *num.* 7. *Mors Africani.*

*Olymp.* CXLIX. *V.C.* 569.

A.m. 3870, Contidit Hiſtoria Heliodori diuinitus flagellati Hieroſolymis, *nu.* 2. ex 2. Machab. c. 3. fuſe. Romana legatio in Macedoniam contra Philippum, *num.* 17. Qui graſſatur in Maronitas, *nu.* 18. Mittit Romam filium Demetrium obſidem, *num.* 19, M. Cato fit Cenſor, *num.* 24. cum Valerio, dudum collega conſulatus, *ibid.* Prætores de Hiſpania triumphant, *nu.* 25. Flamininus conſularis à Senatu motus, Catone Cenſore, *num.* 26. idem L. Scipionem notauit, *num.* 28, Annibal adit Pruſiam Bithyniæ regem, *nu.* 29. qui contra Eumenem pugnat, *nu.* 30. *Heliodorus. Demetrius Philippi. Catonis Cenſura. Pruſias.*

An. m. 3871, Onias Pont. curat Simonē in exilium pelli, *nu.* 1. adito rege Seleuco, *n.* 2. Legationes & querelæ de Philippo *n.* 3, Demetrij eius filij apud Senatum gratia, *nu.* 4. 5. Philopœmen moritur, *nu.* 9. Moritur & Annibal, *nu.* 11. 12. annos natus 64. *num.* 14, Demetrius Philippi redit in patriam, *num.* 15, Perſio inuiſus, & patri grauis, *numero* 16. *Mors Annibalis.*

An. mun. 3872, Philippus tranſmigrationes ſuorum facit, *num.* 4. crudeliter interficit innoxios, *n.* 5. perſeus *Perſeus.*

reddit Demetrium odioſum patri, *nu.* 6. ſtruitque calumniam, *n.* 7.

*Mors Demetrij.* An. m. 3873. Demetrius iuſſu patris veneno potatus ſuffocatur, *nu.* 7. Æmylius à Liguribus decipitur, & oppugnatur in caſtris, *n.* 8. quos reſumptis animis vincit, *nu.* 9. Ligures pacem perpetuam petunt, *n.* 10. Libri Numæ reperti, *n.* 11. à Prætore lecti, damnatique, publice comburuntur, *n.* 12. quid *Libri Numæ.* Numæ corpori factum, *n.* 13. Res cum Celtiberis geſta, *n.* 14. *& ſeqq.*

*Olym.* CL. *V.C.* 573. *Mors Ptol. Epiph.* Anno mundi 3874. Ptolemæus Epiphanes moritur, anno regni 24. *num.* 1. Eius filius Philometor à matre Cleopatra ablegatur in Cyprum, *nu.* 2. Piſo Conſul ab vxore non impune necatur, *n.* 3. Peſtis Romæ pertinax, *n.* 3. Ligures Apuani ſe Romanis dedunt, transferuntur in agrum Samniticum, *n.* 4. Fuluius Proprætor rem bene gerit in Celtiberia, *nu.* 5. & 6. Romæ triumphat, & fit Conſul, *n.* 9. Gentius Il-*Gentius.* lyriorum Rex piraticam exercet, *numer.* 8.

*Philometor* Anno mundi 3875. Philometor in Ægypto regnare incipit, *n.* 1. Perſei ca-*Philippi mors.* lumnia in Demetrium Philippo innoteſcit, *n.* 4. Ideoque Perſeum regno *Perſei regnum.* priuare cupit, *n.* 5. mœrore moritur, *n.* 4. & 6. Perſeus illico regnum inuadit.

*n.* 6.

*n.6.* quod ei Romæ confirmatur, *nu.7.* Res apud Ligures & Hiſpanos à Rom. proſpere geſta, *n.11. & ſeqq.*

Anno mundi 3876. Eumenes cum Pharnace, ope Romanorum, reconciliantur, *n.1.* Perſeus ſibi conciliat Rhodios, *n.2.* indèque duxit vxorem, *ibid.* populos alios munerum magnificentia ſibi deuincit, *n.3.4.* Manlius contra Iſtros male pugnat, *n.5.6.7.* Mox ſuam fugam & cladem vlciſcitur; *n.7.* Gracchus & Albinus de Celtiberis & Luſitanis triumphant, *n.10.*

A.m. 3877. Romæ Lycij de Rhodijs queruntur, *n.2.* Seleucus repetit Roma *Antiochum* fratrem, eiuſque loco mittit filium ſuum Demetrium, *nu.3.* Iſtria tota ſubigitur, Rege ſibi manus inferente, *n.5.* Sempronius in Sardinia victor, *n.7.* *Demetrius Seleuci hoſpes Romæ.* *Hiſtria.*

A.m. 3878, Antiochus Roma reuertitur, Demetrius eius loco decennis proficiſcitur, *num.1.* Seleucus moritur ſub reditum fratris, ab Heliodoro occiſus, *num.2. & 3.* Legati Dardanorum Romæ Perſeum accuſant, *nu.4.* Claudius Mutinæ Ligures vincit, & Sempronius Sardos prorogato imperio, *nu.5.6.* Ligures rebellantes montibus ſe claudunt, nec minus vincuntur, cæduntur que, *n.9.* *Olym.* CLI *V.C.* 577. *Seleuci mors.* *Ligurum clades.*

*Antioch. Epiph. Iaſon.* An. m. 3879, Antiochus Epiphanes Seleuco fratri ſuccedit, *nu.* 5. eius mores, *n.* 9. Syriam fraudulenter obtinet, *num.* 12, Initia Iaſonis Pſeudopontificis, *nu.* 13, Ab Antiocho Pontificatum emit, *n.* 14, quem inuadit, & Onias fugit, *n.* 19, Græcanici ritus in Iudæam introducuntur, *nu.* 19. *& ſeqq.* & anno ſeq. *n.* 1. 2. 3.

*Iudæi Græcizant.*

An. m. 3880, Antiochus ambit regnum Ægypti, *n.* 4. 5. pacifice adit Ieruſalem, *nu.* 6. Legati Romani inquirunt de Perſeo in Africa, & adeunt Macedoniam, *n.* 7. Perſeus Achæos ſollicitat, cuius amicitia repudiatur, *nu.* 8. 10. Grauis & iugis Romæ peſtis, *n.* 11. In Celtiberia ad 20. annos, opera Appij Claudij Proprætoris, debellatum, *num.* 13.

*Antiochus in Ægyptum. Perſeus.* An. m. 3881. Antiochi prior in Ægyptum expeditio, *num.* 1. &c. fuſe. Varia Perſei ſcelera, *nu.* 6. & Romanorum in eum odium, *num.* 7. Antiochus legatos Romam mittit cum magnis muneribus, Ægypto & Iudæa corraſis, *n.* 8. 9. Romani ſocijs graues eſſe incipiunt, *nu.* 11. Fuluij Pontificis ſacrilegiũ, *num.* 12. Pompilij in Liguria ſeuera victoria, *num.* 13. Senatui improbata, *num.* 14.

An. mun. 3882, Iaſon & Menelaus

Pſeu-

Pſeudopontifices, *n*.1.2.3. ſicut & Lyſimachus, *n*.5. Menelaus Iaſonem ſupplantat, fitque Pſeudopontifex, *n*.6.7. dum Regi non ſatisfacit, ei ſufficitur Lyſimachus eius frater, *num*. 8.9. Menelaus poſt patrata ſacrilegia curat Oniam Pontificem interfici, *num*.10.11. Tumultus in Lyſimachum ſacrilegũ, *n*.15, in quo perimitur, *n*. 16, Perſei in bellum apparatus, Romæ opera Attali innoteſcit, *n*.17, eius legati reijciuntur, *nu*.18, Perſeus Eumeni ſtruit inſidias, *n*.19, hoſtis Romæ iudicatur, *nu*. 22. Pœni de Maſaniſſa queruntur, *n*. 23, Gentius, & Perſeus in Romanos bellum parant, *n*.26. & 27.

*Olymp. CLII. V.C. 581. Pſeudopontifices Hieroſolymis. Oniæ mors. Perſeus bellum in Romanos parat.*

An. mun. 3883, Menelaus crimina ſua in accuſatores deuoluit, *nu*.1. 2. qui innoxij perimuntur, *num*.3. omnes reges in bellum Macedonicum intenti, *nu*.4. ſingularis in id Romanorũ apparatus, *n*.5. *& ſeqq*. Romanæ copiæ in Macedoniam traijciunt, *nu*.13, Perſeus pugnare ſtatuit, *nu*. 14, Pugnat & ſuperior euadit, *n*.19, & ſpe pacis non perſequitur victoriam, *num*.20. Claſſem Romanam affligit, *nu*.21, rurſum pacis conſilia fruſtra agitat, *num*.22. In tumultu male & imprudenter pugnat, *num*.25. & 26. Fuluius vltroneo

*Bellum Macedonicum.*

*Varia Perſei pugna.*

ſuſpen-

ſuſpendio ſacrilegij pœnas luit, *nu.* 29.

A. m. 3884. paratur altera Antiochi expeditio in Ægyptum, *n.* 1. Ptolemæi fratres reconciliantur, ſed ambos Antiochus, mox infeſſus inuadit, *nu.* 2. at illi opem ab Achæis petunt, *nu.* 3. Viſa Hieroſolymis cladium prænuncia, *n.* 4. Duratio earum ſub Antiocho, *n.* 6. 7. Iaſon vrbẽ inuadit, & repulſus male perit, *n.* 8. 9. Populorum de Romanis querelæ, *nu.* 10. Perſeo res bene ſuccedunt, *n.* 15.

*Viſa Hieroſolymis cladium pranũcia.*

An. m. 3885. ſecunda expeditio Antiochi in Ægyptum, *n.* 1. cui occurrũt Ptolemæorum legati, *n.* 2. iniuſta Antiochi poſtulata, *nu.* 3. legati Romani dirimunt eorum lites imperioſe, *n.* 4. 5. Marcius Conſul venit in Macedoniam, *n.* 8. eius imprudentia, & Perſei inconſulta trepidatio, *n.* 10. Conſul loca male à Perſeo deſerta occupat, *n.* 11. Perſei ſtulta imperia, & crudelis pudor, *n.* 13. Varij Romanorum conatus irriti, *n.* 14. & 15. Rhodij ſuperbe pacẽ inter Romanos & Perſeum conficere ſtudent, *n.* 16. cum indignatione Senatus, *n.* 17. at Antiochus iratus in Iudæos ex Ægypto profectus, immenſis eos cladibus affecit, *nu.* 23. 25. Onias filius occiſi Oniæ Pont. fugit in Ægyptum, *n.* 26. clades ipſius templi, *n.* 28. & 29.

*Antioch. rurſus in Ægyptũ.*

*Perſei imprudentia.*

*Rhodiorũ ſuperbia.*

*Iudaorum clades.*

*& Templi.*

Id

Id ſpoliat Antiochus, *n.* 31. 32. *& ſeqq.*

A.m.3886, Antiochus etiam abſens vexat Iudæos, *n.*1. incitante Menelao Pſeudopontifice, *nu.*2. Æmylio Paulo bellum Macedon. obtigit, *n.*4. Perſeus Gentium bello Macedonico perfidioſe implicat, *n.*6. Rhodios, Eumenem & Antiochum tentat, *num.*7.8. Eius auaritia ipſi perniciosa, *nu.*9.10. claſſe mare infeſtum habet, *n.*11. Rhodij ei fauent, *nu.*13. Gentius cum ſuis Illyrijs vincitur, *num.*14. deditionem facit, *n.* 15. Romam cum familia mittitur *num.* 16. Macedones Lunæ eclipſi turbãtur, 21. Pugnatur de ſumma rei, *num.*22.23 Perſeus victus fugit, & à ſuis deſeritur, *n.*26. Amphipolim inde Samothraciã petit, *num.*27. Æmylius Macedoniam deditione recipit, *num.*28. Nunciatur Romæ victoria, *num.*29. Rhodij congratulantes reijciuntur, *nu.*30. Romana claſſis Perſeum perſequitur. Eius pecuniæ fraude auferuntur, *n.*32. Deditionem facit cum familia ſua, & deducitur ad Conſulem, *n.*35. ſic regnum & bellum Macedonicum finem accepit, poſt annos à morte Alexandri 156. *n.*36. & 37.

*Olymp. CLIII. V.C.585. Finis belli & regni Maced.*

*Illyriorum clades.*

*Perſeus victus fugit.*

*Capitur.*

A.m.3887, Antiochus per Apolloniũ cædibus in Iudæos ac rapinis graſſatur, *n.*3, 4, & mandat defectionẽ à fide, *n*, 7.

*Antiochi in Iudæos tyrannis.*

*nu.* 7. 8. fuſe. Templum Ioui conſecra-
tur, *n.* 11, libri ſacri exuruntur, *num.* 11.
*Martyria* miſerrimus Iudæorum ſtatus, *num.* 16.
*eorum.* & *ſeqq.* Martyrium Eleazari, *num* 21.
& *ſeqq.* fuſe. Martyrium 7. fratrum,
*n.* 35. fuſe, & matris eorum, *nu.* 50. paſſi
ſunt Antiochiæ, *num.* 52. multi legati
Romanis victoriam de Perſeo gratu-
lantur, *num.* 55. & *ſeqq.* & nominatim
*Rhodij.* Rhodij, qui male accipiuntur, *nu.* 60.
in Senatu cauſam ſuam agunt, *nu.* 61.
& *ſeqq.* denique Lycia & Caria mul-
ctati, ſocij & amici eſſe deſinunt, *nu.*
65. legati in Macedoniam, & Illyri-
cum miſſi ad conſtituendas eas pro-
*Diuiſio re-* uincias, *n.* 69. 70. & *ſeqq.* diuiſio qua-
*gni Mace-* dripartita regni Macedonici, *nu.* 74.
*donici.* Æmylius ſatiare conatur præda mili-
*Militum* tē, *n.* 72. immanis eorum auaritia, *nu.*
*Rom. aua-* 76. Romæ magnifice triumphat, *num.*
*ritia.* 79. 80. 81, infelicitas Æmylij liberos
*Æmylius.* amittentis, eiuſque cauſa, *n.* 83. & 84.
Naualis triumphus de Perſeo & Gen-
tio, *n.* 85. vtriuſque exitus, *n.* 86.
*Pruſias.* An. m. 3888, Pruſias Rex Bithyniæ
*Eumenes.* Romæ amice acceptus eſt, *n.* 2. Eume-
nes, qui ſe medium bello Macedoni-
co geſſerat, non admittitur in vrbem,
*n.* 5. & 6. non recte, *n.* 7. & 8. Antiochus
magna comitate legatos Romanos
accipit, *n.* 9. Lamenta Mathatiæ, & fi-
liorum

liorum eius, *n.*13. *& ſeqq.* deficit à Rege, & populum ad defectionem vocat, *n.*19.20. fit populi dux & Pontifex, *n.* 21. multi ad eum aggregantur, *nu.*22. qui perimuntur die ſabbati, *n.*24. Mathatias iubet eo die defendere ſe, *nu.* 25. moriturus ſuos exhortatur, *nu.*28. eius teſtamentum, *n.*30. *Mathatias dux & Pont.*

A.m.3889, Mathatiæ ſuccedit Iudas in vtraque dignitate, *n.*1.2. eius prælia contra regios, *nu.*8. Apollonium, *ibid.* & 10. contra Soronem, *n.*11. &c. eiuſdē victoria, *n.*14, tertium prælium contra varios duces, *nu.*15. apparatus Antiochi contra Iudam, *n.*15.16, cogitat Perſidem, & Lyſiam proregem conſtituit, *n.*19, duces, *n.*20. Iudas præparat ſe ſuoſque ad bellum, precibus & pœnitentiæ operibus, *n.*23. *& ſeqq.* duces conſtituit, *n.*28, hortatur ſuos, *nu.*30. pugnat, vincitq; Nicanorem, *n.*37. fugat Gorgiam, *n.*39, vincit Timotheū, & Bacchidem, *n.*42. Nicanor ementito habitu fugit, *n.*45. Eumenes & Antiochus Romanis ſuſpecti, *n.*47. & an. ſeq. *n.*31, & 32. Rhodij ſocietatem Romanam recuperant, *n.*48. Onias Oniæ filius templum in Ægypto conſtruit permiſſu Philometoris, *num.*56. quod ſtetit 237. annis, *n.*60. *Iudas Machab. dux & Pont.* *Eius varia prælia & victoria.* *Lyſias.* *Iudæorum templū in Ægypto.* *Olymp. CLIV.*

An.m.3890, Iudas ingentes Lyſiæ co-

*V.C.589.* copias fundit fugatque, *n.* 3. tum emũ-
*Mũdatur templum Ieruſalem à Iuda.* dationi templi incumbit, *nu.* 5. *& ſeqq.* quamdiu manſerit profanatum, *n.* 19. & 20. Purificatur diebus octo, *nu.* 24. & 25. triplex feſtum Encæniorum, *nu.* 27. templum ædificijs, & pręſidio munit Iudas, *n.* 28. curam gerit ſacrorum librorum, *n.* 30.

*Mors Antiochi. Regnum Eupatoris.* An. m. 3891. Ant. Epiphanes bellum gerit contra Artaxiam Armenum, *n.* 3. templum Dianæ Perſepoli ſpoliare ſatagit, *n.* 4. ſed fugatur, *n.* 5. accipit nuncium cladium ſuarum, *n.* 6. à Deo percutitur & cruciatur, *num.* 7. 8. agnoſcit culpam ſuam in Iudæos, *n.* 10. & offert ſatisfactionem, *n.* 12. nũtiat Iudæis deſignatum ſucceſſorem filiũ ſuum Antiochum Eupatorem, *n.* 14. cui nouum aſſignat tutorem Philippum, *n.* 16. moritur, *n.* 17. dignum eo epitaphiũ, *n.* 19. *& ſeqq.* Ethnici Iudæos à templo inſtaurato perſequuntur, *nu.* 31. in quos

*Iudæ & Simonis res geſtæ.* Iudas inſurgit, *nu.* 32. *& ſeqq.* Iudæi in Galaaditide & Galilæa vexantur, *n.* 37. Iudas mittit Simonem in Galilæam, *n.* 39. ipſe rem bene gerit in Galaaditide, *nu.* 40. *& ſeqq.* reducit ſuos incolumes, & victores, *n.* 49. Ioſephus & Azarias clade afficiuntur à Gorgia, *n.* 50. & 51. ſexta & ſeptima expeditio Iudæ, *nu.* 53. & 54. Philippus corpus Epipha-

nis

nis transfert Antiochiam, *n.* 57. Eupator regno ſuccedit, *n.* 58. Iudæi à Gorgia, & Idumæis vexantur, *n.* 61. contra quos Iudas proſpere agit, *n.* 62. 63. glorioſa Iudæ victoria de Timotheo, *nu.* 65. Angelorũ auxilio vincit, *n.* 68. Timotheus fugit in Gazaram, *nu.* 69. ſed expugnato loco perimitur, *nu.* 71. Lyſias cum magnis copijs Iudæos adit, *n.* 73. quem iterum Angelorum auxilio vincit Iudas, & fugat, & ad pacem petendam cogit, *n.* 76. cui acquieſcit Iudas, *num.* 77. conſentit Eupator permittens Iudæos ſuis legibus viuere, *n.* 82. & 83. Iudas Romanorum amicitiã quærit, *nu* 85. 86. Lyſiæ duces fœdera violant, *n.* 88. præſertim Ioppitę, *n.* 89. quos Iudas vlciſcitur, *nu.* 90 Iamnitas quoque ob ſuſceptum ſcelus, *nu.* 91 & latrones Arabes, *n.* 92. Pugnat contra Gorgiam, *n.* 106. Iudas auxilium Dei petit, & impetrat, *n.* 108. vincit, & agnoſcit ſuorum culpam de præda idolorum, *n.* 109. 110. orat, & offert ſacrificia pro defunctis, *n.* 112. &c.

*Angelorũ cuſtodia.*
*Lyſias in Iudæos, fugatur.*
*Iudas Gorgiam vincit.*
*Orat pro defunctis.*

Demetrius Seleuci filius audita morte Epiphanis dimitti petit à Senatu, *n.* 117. Romani in eum parũ æqui, *n.* 119. 120. mittunt tutores Eupatori, *n.* 120. quæ illis mandata, *n.* 121.

*Demetrius Seleuci.*

An. m. 3892. Iudas obſidet Sionem, *n.* 3.

*n.* 3, quidam Eupatorem adeunt, & de Iuda queruntur, *num.* 4. Rex iratus in eum copias conuocat, *n.* 6. Menelaus Pſeudopontifex morti addicitur, *n.* 9. 10. Rex Iudæam adit, & Iudas propitiatur Deum, *num.* 11. ſoluta obſidione caſtra regis nocte inuadit, *n.* 13. Eleazarus frater Iudæ ſubit Elephantum, & opprimitur, *nu.* 18. Machabæani recedunt, *nu.* 22. Rex Bethſuram fruſtra obſidet, *n.* 23, eius loci amica deditio, *n.* 25. Inde Ieruſalem adit, & vrbe potitus templum diu obſidet, *nu.* 27, ſed turbis exortis, inter Lyſiam & Philippum eius æmulum, ſoluitur obſidio, *n.* 30. 31. & datur pax Iudæis hortatore Lyſia, *nu.* 33, Rex Iudam honorat præfectura, *nu.* 34. Cn. Octauius legatus Laodiceæ occiditur, *n.* 43, autore Lyſia, 45. Demetrius obſes Romæ de fuga conſilium capit, *nu.* 46, Reges Ægypti Romæ queruntur, *n.* 47.

*Menelai mors.*

*Eleazari mors.*

*Legati cædes.*

A. m. 3893, Demetrius Roma fugit, *n.* 4. 5, in Lyciam venit, & inde ſcribit ad Senatum, *n.* 7. à Syris libenter accipitur, *n.* 8, Eupatorem & Lyſiam iubet interfici, *n.* 9, ſe in regno communit, *n.* 11, conatur Romanos placare, *num.* 12. 13. 14, Alcimus ambit à Demetrio Pontificatum, *num.* 15. Iudam accuſat apud regem, qui mittit exercitum con-

*Regnum Demetrij.*

*Eupatoris & Lyſiæ cædes.*

*Alcimus.*

contra Iudam, *n.*20, Alcimus Iudæos, qui ei confiſi fuerant, occidit, *n.*21.22, Præpoſitus Hieroſolymis à Bacchide, *num.*23, vexat Iudæos, & reprimitur à Iuda, *numer.*27. quem rurſum accuſat apud Demetrium, *nu.*28. Ideo Rex Nicanorem mittit in Iudæam, *nu.*29, Iudas recurrit ad Deum, *nu.*30. Nicanor Simoni parat inſidias, *n.*31.32. quærit pacem à Iuda, *num.*33, & amicitiam cum illo init, *n.*34, Alcimus pacẽ turbat, & Nicanorem accuſat apud regẽ qui iubet Iudam ad ſe mitti vinctum à Nicanore, *n.*37, quod hic fruſtra conatur, *n.*38. denique cum Iuda pugnat & vincitur, *num.*42. Nicanor fugit in arcem Sion, *nu.*43, poſtulat ſibi tradi Iudam, *n.*44. Raziam comprehendere cupit, *n.*46. & 49. qui gladio ſe perit, *n* 50, an recte, *n.*51. Nicanor perſequitur Iudam, *n.*52, qui ſuos animat relato fauſto ſomnio, *n.*56, Iudas Deo orato pugnam committit, in eaque Nicanor occiditur, eius exercitus deletur, *n.*61. *& ſeqq.* cum gaudio Iudæorum, *n.*64, &c.

*Nicanor.*

*A Iuda vincitur.*

*Razias.*

*Nicanoris mors.*

A.m.3894, legati Demetrij non male Romæ accepti, *n.*2.3. eã in metu retinent, ſicut alios reges, in Ægypto & Aſia, *numer.*4. legatio Iudæ in vrbem, vt tutus eſſet à Demetrio, *numer.*6.7.

*Olymp.* CLV. *V.C.*593. *Iuda legati Romam.*

qui fuerint legati, *nu* 32. admittuntur Iudæi Romæ in amicos & ſocios, *n.* 33. *& ſeqq.* vide etiam, *nu.* 3. non peccaſſe Iudam in hoc fœdere, *n.* 38. *& ſeq.* Demetrius iterum vexat Iudæos, per Bacchidem & Alcimũ, *n.* 41. Copiæ Iudæ timore diffugiunt, *nu.* 43. ipſe timore tentatur, quem ſocij augent, *n.* 44. fugam auerſatur, *n.* 45. pugnatur, *nu.* 47. Iudas occiditur, *num.* 50. laus eius, fuit typus Chriſti, *n* 51. *& ſeqq.* Iudæ, epitaphium, *num.* 59. Bacchides eo mortuo pios vexat, *n.* 62.

*Bacchides.*

*Iudæ mors.*

*Ionathas ei ſuccedit.*

Ionathas ſit princeps populi, *n.* 63. Bacchides ei mortem ſtruit, *n* 64. Ioannes frater Ionathæ occiditur à Madabæis, non impune, *num.* 66. nuptias ſanguine turbant Iudæi, *n.* 67. Ionathas cum Bacchide pugnat, *n.* 69. non bono ſucceſſu, *nu.* 70. Bacchides è præſidijs vexat Iudæos, *n.* 71. mors Æmilij Pauli, *n.* 72.

*Mors Alcimi.*

An. m. 3895. Alcimus dum murum atrij Leuitarum deſtruit, à Deo percuſſus interijt, *nu.* 2. 3. quieſcit Iudæa ad biennium, *n.* 5.

*Turbæ in Iudæa.*

An. m. 3897, turbæ in Iudæa renouantur impijs Bacchidem reuocantibus, *n.* 1. Ionathas 50. inſidiatores perimit, *numer.* 2. obſidetur cum Simone à Bacchide, *nu.* 3. à quibus contritus eſt, *n.* 4.

*n.*4.paxque inita inter eos, *n.*5, Semina belli Dalmatici, *n.*7, Ærarij Romani quantæ copiæ hoc tempore, *n.*9.

A.m.3898, res Iudaicæ ad 4. annos ſilent, *n.*1. Bacchide ad Demetrium reuerſo, qui in Cappadocia pro Oropherne contra Ariarathem pugnabat, *ibid.* Ionathas ius dicebat ad Machmas, & apoſtatas perſequebatur, *ibid.* initium belli Dalmatici, *n* 2, quod biennium tenuit, *nu.*4, deque Dalmatis anno ſeq. à Scipione Naſica triumphatum, *num.*1, Attalus Romæ de Pruſia queritur, *n.*2, & Maſſilienſes de Liguribus, *n* 3.

*Olymp.* CLVI. *V.C.*597.

***Bellũ Dalmaticum.***

A.m.3900, Romani pro Maſſilienſibus contra Ligures feliciter pugnāt, *nu.*3.4 Ptolemæus Iunior Romæ fratrem accuſat, *nu.*5, Heraclidis legatio pro nouo Alexandro, *n.*8.

*Maſſilienſes.*

A.m.3901, Coſſ. Cal. Ianuarijs inire cœperunt magiſtratum, *nu.*1, initia & cauſæ belli Celtiberici, quod 20. annos tenuit, *num* 1.2. Fuluius Nobilior in eos miſſus rem male gerit, *nu.*3. & *ſeqq.* Nec felicius res in Luſitania à L. Mummio ſucceſſore à principio, *numer.*8, mox tamen ingentem victoriam de ipſis, & triumphum obtinuit, *n* 10. bellum cum Pruſia geritur, *nu.*12. Demetrius filium Demetrium

*Bellum Celtibericum.*

M Ro-

*Nouus Alexăder.* Romam mittit, *nu.*13. Heraclides Romæ perſuadet Alexandrum eſſe Epiphanis filium; & bellum contra Demetrium parant, Senatus conſenſu, *num.*15.16.

*Æmulus Demetrij. Olymp. CLVII. V.C. 601. Ambo Ionathă ſibi conciliari ſtudent. Hiſpanica res.* An.m. 3902, Demetrio à Regibus ſuſcitatur æmulus Alexander, *nu.*2.3, Demetrius odio habitus ab eis, *n.*5, in Alexandrum bellum parat, *n.* 6. Ionatham ſibi conciliare cupit, *n.*7.8. Ionathas Hieroſolymam inſtaurat, *nu.* 9. eidem cedũt Alienigenæ præſidia ſua, *nu.*10. Alexander Ionathæ amicitiam quærit, *n.*11, & demeretur donis, *ibid.* & viciſſim Demetrius, *num.*20. cum ingentibus promiſſis, *num.*21. *& ſeqq.* quibus Iudæi diffidunt, *num* 31. in Hiſpania Marcellus Conſul & Attilius Prætor ille Fuluij Nobilioris in Celtiberia, hic Mummij ſucceſſor in Luſitania, rem bene geſſerunt, *nu.*32. *& ſeqq* in Aſia pax inter Attalum & Pruſiam à Romanis legatis confecta eſt

*Carthago bellum cogitat.* Carthago fatigata Maſaniſſæ iniurijs, & iniquis Romanorum iudicijs, tertium bellum Punicum parat, *num* 38. Cato Prætor filius Catonis maioris moritur, *n.*39. Pſeudo-Philippus exoritur, *n.* 40.

*Demetrij mors.* An.m.3903, Demetrius Seleuci filius cum Alexandro pugnans occumbit,

bit, *n.* 3. 4. Alexander Ægypti affinitatem quærit, & impetrat, *n.* 6. & 8. Marcellus ter Conſul & ter triumphator naufragio perit, cum bellum in Hiſpania compoſuiſſet, *num.* 11. Lucullus & Galba crudeliter in Hiſpania ſe gerũt, *n.* 12. 14. Itaque Viriathus exoritur, *n.* 15. Galba à Catone accuſatus, largitione euaſit, *ibid.* Romani legati Carthaginem mittuntur, vt de apparatu belli certiores fiant, *n.* 16. *Viriathus.*

A. m. 3904, Nuptiæ Alexandri Balæ & Cleopatræ celebrantur, *n.* 1, quibus adeſt Ionathas, & fit ex accuſatione glorioſior, *n.* 2. 3. *Alexãder ducit Cleopatram.*

Bellum Celtibericum à Viriatho renouatur, qui ſuos ex anguſtijs liberat, *n.* 5. Vetilium Prætorem ſuperat, & interficit. Eiuſque quæſtorem magna clade afficit, *n.* 6, de bello Punico deliberatur, *n.* 7. *Viriathi geſta.*

Cato maior moritur, *n.* 8. Pœni cum Maſaniſſa bellum gerunt, & vincuntur, *num.* 9, & bellum inter eos à Scipione dirimitur, *n.* 12. 13. turbæ in Macedonia à Pſeudo-Philippo excitantur, *n.* 14. *Catonis mors.* *Pſeudo-Philippus.*

An. mun. 3905, inchoatur tertium bellum Punicum, *n.* 1. occaſione iuuãdi Maſaniſſam, *n.* 2. 3. Pœni Romanos placare ſtudent, *numer.* 4. Vticenſes ſe *Tertium bellum Punicum.* *Pacem cupiũt Pœni.*

Romanis dedunt, *ibid* Pœni per legatos Romanis dedunt, miſſis iam contra ſe copijs, *n.* 6, trecẽtos obſides tradunt admodum imparati ad bellum, *n.* 7, exarmantur, & iubentur vrbe cedere, vt diruatur, *num.* 9. 10, eo nuncio populus furit, & arma conficit, *nu.* 12. 13. Vrbs fruſtra oppugnatur, & claſſis Romana aduſta eſt, *num.* 15, damna vtrimq; inferuntur, *n.* 16. 17. Scipio bene ſe gerit, & Romæ laudatur, *n.* 17. & 18. Plautius prætor ſemel iterumque à Viriatho vincitur, qui dubia victoria cum Quintio pugnat, *n.* 20. & 21. Andriſcus vero, qui & Pſeudo Philippus Iuuentium Prætorem cum exercitu delet, *n.* 22.

*Coguntur ad arma.*

*Andriſcus*

An. m. 3906, Iudæi & Samaritæ de religione Alexandriæ contendunt ſub rege Philometore, victoria Iudæis tribuitur, *n.* 2. 3. Maſaniſſa moritur, *n.* 5, eius felicitas, *num.* 6. Scipio regnum eius in filios diſtribuit, *nu.* 7. Himilco cum 2200. equitibus ſe Scipioni dedit, & ambo Romam veniunt, *num.* 9. interea Piſo Conſul parum feliciter contra Pœnos pugnat, *n.* 10. Pœni animis eriguntur, & Andriſcum fouent, *n.* 11, qui à Metello in Macedonia vincitur, *n.* 12. 13. Semina belli Achaici, *n.* 15. Viriathus Vnimanum delet, *n.* 17.

*Olymp. CLVIII. V. C. 605. Maſaniſſæ mors.*

A. m.

A.m 3907, Demetrius Demetrij filius nepos Seleuci primogeniti Antiochi magni, regno recuperando incumbit, *n.*1.2, contra Alexandrum, *n.* 3, & duce Apollonio in Ionatham inſurgit, *n.*4, ei Ionathas eripit Ioppem, *nu.*7, ſuccendit Azotum, & templum Dagonis, *num.*11, Aſcalonitæ ei ſe dedunt, *n.*12. Alexander ei tradit Accaron, *n.*15. *Ionathæ ſecundæ res.*

Scipio fit Conſul eique extra ſortem datur Africa, *n.*16. ibi diſciplinam militarem inſtaurat, *n.*18, & vrbem oppugnat, *n.*20, inſignis Aſdrubalis crudelitas in Romanos captiuos, *nu.*19. varie in portu Carthaginis certatur, *n.* 21, Pœni magnam cladem ad Nepherim accipiunt, *n.*23. Viriathus Nigidiū Pretorem cum copijs delet, *n.*24. Metellus Proprætor contra Achæos occiſo Critolao bene rem gerit, *n.*25. *Scipio Cōſul in Africam.*

A. m. 3908, Philometor expeditionem ſuſcipit in Syriam, cupidus regni Alexandri, *n.*1, eum Ionathas comitatur, *n.*3, filiam ſuam Alexandro ereptā dat Demetrio, *nu.*7, ipſe diadema Syriæ ſibi imponit, *numer.*7. eius pugna contra Alexandrum, & victoria, *num.* 11. qui fugit in Arabiam, ibique occiditur, *nu.*12, & Ptolemæus aliquanto poſt ex vulneribus expirauit, *n.*13.14. *Philometor in Syriam.* *Alexandri & Philometoris mors.*

*Carthago expugnatur.* poſt annos regni 34.*n.* 17.interea Carthago à Scipione expugnatur, *nu.*19. cum magna ſtrage, &c.*n.*2, arce potitur, & Aſdrubal ad Scipionem transfugit:arcis cum multo populo incendium, *nu.* 23. Scipio ſuper vrbis ruinâ lachrimatur, *n.*24, de ea triumphat, *n.* 30. Corinthus quoque à Mummio expugnatur, *nu.* 33. & *ſeqq.* Metellus de Macedonia triumphat, *n.*39. *& Corinthus.*

*Ptol. Euergetes.* An.m.3909. Demetrius iunior, & Ptol. Euergetes regnare incipiunt, *n.*1. 2, hic fuit frater Philometoris, *ibid.* homo nequam ſeptimus Ptolemęorũ, *n.*3, ducit ſororem vxorem; nepotem eiuſque fautores interficit, *n.* 4. Ionathas Sionis arcem obſidet, *nu.* 6. Adit Demetrium cum muneribus, *n.*7.8.& impetrat immunitates, &c. per litteras patentes, *nu.*9.10.&c. Demetrius imprudenter dimittit exercitum, *nu.*14. Tryphon res nouas molitur, *n* 16. Viriathus contra Fabium Conſulem, eiuſque legatum bene rem gerit, *n.*22. Mummius de Corintho triumphat, *ibid.* Spolia Corinthiaca, *n.* 23. *Ionatha geſta cum iuniore Demetrio.* *Tryphon.*

*Olymp. CLIX. V.C. 609.* An.m.3910. Ionathas mittit ad Demetrium tria millia militum, qui cæſis Antiochenis regem liberant, *nu.*3, qui Ionatham à ſe alienat, *numer.*7. Tryphon inſurgit in Demetrium, *n.*8.

eumque

eumq; victum fugat, *n.*8. & 9. occupat Antiochiam, fitque tutor Antiochi filij Alexandri, *n.*10. cõciliat ſibi Ionathã & Simonem, *nu.*10. & 11. Ionathas militat Antiocho iuniori, *n.* 12. pugnat contra Demetrianos, & deſertus à ſuis nihilominus vincit, *nu.*17. 18. Fabius & Lælius contra Viriathum non male rem gerunt, *n.* 20. *In Demetrium inſurgit. Sicut & Ionathas.*

An. m. 3911. Ionathas legatos Romam mittit, & ad Spartiatas, *n.*2. 3. occurrit Demetrianis, eoſque inſequitur, *num.* 9. 10. 11. Secludit arcem ab vrbe, *nu.*12. Simon Ioppen conſeruat, *ibid.* Iudæi ſcribunt ad ſuos in Ægyptum, *n.* 13. 14. Viriathus cum Quintio pugnat, *n.*15. M. Antonius Orator naſcitur, *n.*16. Claudiæ Veſtalis pro patre triumphante fortitudo, contra Tribunum, *n.*17. *Eius legati Romam. Iudæi in Ægyptum ſcribunt.*

An. m. 3912. Tryphonis in regem & Ionatham molitio, *numer.* 2. Ionathas eum adit, dimittitque copias, *nu.*4. & mox capitur Ptolemaide, *n.*5. Dei iuſto iudicio, *nu.*8. 9. 10. Simon eligitur in ducem, *n.*11. 12. ad redimendũ Ionatham dat pecuniam, & obſides filios Ionathæ, *n.*15. quos Tryphon interficit, *n.* 19. moxque occidit pupillum regem, *num.* 24. Simon tranſit ad Demetrium, *num.*30. & plenam obtinet *Tryphonis inſidiæ. Ionathæ mors, & filiorũ eius. Simonis.*

*Pontifi-catus.* Iudæis libertatem, *n.* 33. 34. in Hiſpania res à Seruiliano contra Viriathum

*Plena Iudæorum libertas.* ancipiti fortuna geritur, *n.* 36. 37. Metelli, exemplum ſeueritatis, humanitatis, & odij, *n.* 38, *& ſeqq.* Pſeudoperſeus in Macedonia exoritur, & opprimitur, *n* 41.

*Ortus Gryphi.* A. m. 3913. naſcitur Antiochus Gryphus, *n.* 1. Simon obſidet Gazam, *n.* 2,

*Sionis arx recepta à Simone.* & deditione recipit, *n.* 3, ſicut & arcem Sionis poſt anno 27. *nu.* 4, conſtituit filium militiæ principem, *nu.* 5, Seruiliani de latronibus victoria, in Celtiberia, *nu.* 11, transfugis manus abſcindit, *n.* 12, pax cum Viriatho facta, ſed non diuturna, *n.* 14. 15.

*Olymp. CLX. V.C. 613.* An. m. 3914, Ortus L. Craſſi Oratoris. Demetrius dum parat in Tryphonem copias, à Parthis victus, captuſque in cuſtodiã mittitur, *n.* 2, interim

*Demetrius à Parthis captus.* pax eſt Iudæis cum Simone, *num.* 5 *& ſeqq.* Literæ Spartiatarum ad Simonem, *n.* 11, legatio Simonis ad Romanos, *n.* 12, gratus Iudæorum in Simonem animus, *num.* 13, *& ſeqq.* à populo dux & Sacerdos eligitur, aut potius cõfirmatur, *n.* 18, Demetrius eum

*Vriathi cædes.* honorat, *num.* 19, Cæpio Conſul à ſuis Viriathum interfici curat, *nu.* 22, qui bellum Celtibericum ad 14. annum produxit, *n.* 24. Pompeius Proconſul

Me-

Metelli ſucceſſor pacem indecoram cum Numantinis compoſuit, *n.* 27.

A.m.3915, Cleopatra vxor Demetrij Antiochum Sidetē leuirum ad ſe euocat Seleuciam contra Tryphonem, coniugio ſuo, regnoque ei oblato, *nu.* 1.2. Sidetis ad Simonem literę, *n.* 4. Iudæis priuilegia promittit, *n.* 6. In Hiſpania pax Numantina diſſoluitur, *n.* 7. *Cleopatra.*

An.m.3916, Sidetes Tryphoni bellū infert, & victum ac fugatum Doræ obtinet, *n.* 2. redeunt ab Vrbe legati Simonis cum literis ad multos populos in gratiam Iudæorum, *num.* 4. *& ſeqq.* L. Sylla naſcitur, *num.* 13, vide ann. 3918, *n.* 18. Tribuni plebis Coſſ. in carcerem coniecerunt *nu.* 15, Brutus rem bene gerit in Laſitania *n.* 16, & clemēter in Talabrigios, *nu.* 17, Legatio minoris Africani in Aſiam & Ægyptum, *n.* 19. & 21, nefarium Euergetis matrimonium hominis fœdi & ridiculi, *nu.* 20. & 21. *Sidetes in Tryphonē.* *Ortus Sylla.*

A. m. 3917, Ant. Sidetes vrget Doræ obſidionē, *n.* 1. Simon ad eum mittit auxilia, quæ ille ambitioſe repudiat, *nu.* 2. & repoſcit Iudææ ciuitates, *n.* 5. quas Simon negat, *n.* 6. 7. Tryphon Dora elabitur, *num.* 8. quem rex perſequitur in Orthoſiada, & mittit Cendebæū contra Iudæos, *n.* 9. qui eos ve- *Sidetes diffidet à Simone.*

xat, *num.* 10, Brutus deuicta Gallæcia Gallæci cognomen adeptus eſt, *n.* 11. 12. Mancinus ad Numantiam male rem gerit, *nu.* 13, ad pacem compellitur, *n.* 14.

*Mancinus.*

*Ol. CLXI. V.C. 617. Tryphonis cædes. Demetrij fuga.*

A.m. 3918, Tryphon obſeſſus à Sidete manus ſibi intulit, *n.* 1, poſt ſeptem dominationis annos, *n.* 2, Simon duos de filijs ſuis mittit cõtra Cendebæum, *n.* 4, *& ſeqq.* quem vincunt, *n.* 7, Demetrius à Parthis fugit, & à fuga retrahitur, *n.* 11, & 12, Mancinus deditur Numantinis, *n.* 13, Æmylius eius ſucceſſor Vaccæos iniuſto bello petit, *nu.* 16, vnde clade & ignominia eſt affectus, *n.* 17.

*Simonis & filiorum mors.*

An.m. 3919, Simon dux & Pontifex à genere Ptolemæo cum duobus filijs occiditur, *n.* 1. 2. eiuſdem à cæde conatus contra Iudæos, *n.* 3, Exoritur in Sicilia ſeruile bellum, *n.* 12.

*Io. Hyrcanus dux & Pont.*

A.m. 3920, Ioannes filius Simonis, cognomine Hyrcanus init pontificatum & principatum, *n.* 2, quem Sidetes diu obſidet Hieroſolymis, 8, Scipio Conſul ad bellum Celtibericum & Numantinum eligitur, *nu.* 11, militẽ ſuum exercet, & labori aſſuefacit, *nu.* 13, & 14, Iugurtha ad eum venit hyemantem in agro Numantino, *ibid.* Attalus rex Pergami hæredem facit populum

pulum Rom. *n.* 15, Quæ fuit Tib. Gracchoſeditionis occaſio, *n.* 16, Mors Attali, *num.* 17, ſtemma familiæ eius, *n.* 18. *Gracchus.*

A. m. 3921, Demetrius rurſus ex fuga retrahitur, *n.* 1, Hyrcanus obſidetur Hieroſolymis, *n.* 3, pacem denique init cum Sidete in Parthos ituro, *n.* 7, num pecuniã eruerit ex Dauidis ſepulchro, *n.* 8, 9, Scipio propius adit Numantiã, *numero* 10, vbi primum pars feliciter pugnat, *n.* 11, Vrbem acriter oppugnat, *n.* 13. *& ſeqq.* tandemque ad deditionẽ compellit, & vrbem delet, *numero* 15, finemque bello Celtiberico anno illius 21, imponit, *ibid.* Huic bello Iugurtha intereſt, eiuſdem initia, *num.* 17, & 18, Progreſſio Gracchanæ ſeditionis ob Attali hereditatem, *num.* 20, eiuſdem cædes, *n.* 21. *Altera fuga Demetrij.* *Numãtia deleta.* *Finis belli Celtiberici.* *Iugurtha initia.*

A. m. 3922, Parthicam expeditionẽ ſuſcipit Ant. Sidetes quem ſequitur Hyrcanus, *num.* 1. Graues motus in Ægypto contra Euergetem, *num.* 4. Iunius Brutus de vlteriore Hiſpania, Scipio de citeriore triumphant ; ille de Gallæcis, iſte de Numantinis, *nu.* 5. & 6. Seruile bellum in Sicilia confectum, *n.* 7. 8. 9. *Ol. CLXII. V. C. 621.*

A. mun. 3923, Demetrius in Syriam dimittitur à Partho, qui contra Si- *Demetrius redit in Syriam.*

detem pugnans eum vincit, & interficit, *nu*. 1. 2. aut potius in templo Nanneæ interficitur, *nu*. 6. 7. 2. Mach. 1. 10. 13. Hyrcanus domum redit, *n*. 14, Demetrius in Syria male ſe gerit, *n*. 15, Ariſtonicus regnum Attali, datum iam Romanis, inuadit, & contra Craſſum fœliciter pugnat, *n*. 16. & 17.

*Sidetis mors.*

*Ariſtonicus.*

An. m. 3924, Idumæi ad Iudaiſmum tranſeunt, *nu*. 1, Hyrcanus mittit Romam legatos, *n*. 2, Demetrius adit Ægyptum, & eo abſente Syria deficit, *n*. 3, fuga & mors Scipionis Naſicæ, *n*. 5, Perperna vincit Ariſtonicum & Romam rediens Pergami moritur, *n*. 6.

*Iudæorum legatio Romam.*

A. m. 3925, Legatio Iudæorum Romam, *nu*. 2, Iudæis reſtitui iubent ſua Romani, *nu*. 3, Demetrius redit in Syriam, ad quem fugit Ægytia Cleopatra, *n*. 4, Ptolemæus ſuſcitat tyrannum Demetrio Alexandrum Zebinam, *nu*. 4, qui funus Sidetis curat, *n*. 5, Ariſtonicus Romæ occiditur, *nu*. 6, Minor Africanus moritur, coniuge de ea ſuſpecta, *num*. 7. 8. erat enim ſoror Gracchorum, *n*. 8. Carneades epoto veneno moritur, *n*. 11.

*Alex. Zebina.*

*Africani mors.*

*Carneades.*

*Olymp. CLXIII.*

*V. C. 625.*

*Lælius de Amicitia.*

An. m. 3926, Demetrius iterum victus ab Alex. Zebina regno pellitur, *n*. 1, Romæ magnæ turbæ de re agraria Lælius ſermonem habuiſſe de Amici-

tia, vt ſe conſolaretur ſuper Scipionis morte, ſcribit M. Tullius, *n.* 3.

A.m. 3927, Demetrius ab vxore reiectus, à ſuis vexatus moritur, *nu.* 1. C. Gracchus ſomnio ad Remp. euocatur, *n.* 2. *Demetrij mors.*

A.m. 3928, Cleopatra quę Demetriū maritum interfecerat, filium Seleucum, qui iniuſſu eius regnare volebat, occidit, *nu.* 1. & 2. interim Zebina regnum Demetrij poſſidebat, *nu.* 2, cum quo fœdus init Hyrcanus, *ibid.* Ætnæ & Liparæ æſtus, *n.* 3, C. Gracchi quæſtura laudabilis, *n.* 4. *Cleopatra maritum & filium interficit. Zebina.*

An. m. 3929, Antiochus Gryphus auxilijs Ægypti regnare incipit, *nu.* 1. Zebinam tyrannum interficit *nu.* 2. 3. Lues & peſtis ex locuſtis vexat Africā, *n.* 4. 5. Flaccus Conſul turbat Remp. *n.* 6, C. Gracchus fit Tribunus plebis, & fert legem frumentariam, *n.* 8, Bellum ad Regellas geritur, *n.* 8. Enatum bellum Allobrogicum, *n.* 10. *Ant. Gryphus regnat. C. Gracchus. Bellum Allobrogicū.*

A.m. 3930, Literæ Iudæorum ad Ægyptios Iudæos, anno regni Græc. 188. *n.* 1. 2. &c. qui eius autor, *nu.* 7. 8. Iudæi ſatagunt tollere ſchiſma, *nu.* 12. Gryphus matrem veneno potat, quod illa filio parauerat, *nu.* 14, Gracchus fit II. Tribunus, *num.* 16, Iudicia equitibus communicat, &c. *n.* 17. 18. Mors Polybij, *n.* 18. *Olymp. CLXIV. V.C. 629. Cleopatra mors.*

*Coloniæ duæ.* An. mu. 3931, Gryphus & Iudæi aliquot annis quieſcunt, *n.* 1, Colonia deducta ad aquas Sextias, & alia Carthagionem Gracchi lege, *n.* 2, *& ſeqq.* Metellus Baleares vincit, vnde Balearicus dictus.

*Metellus Beleari-cus.*

A. m. 3932, C. Gracchi ope Fannius fit Conſul, repulſo Opimio, *n.* 1. Senatus Graccho aduerſatur, *n.* 2.

*Gracchi cædes.* A. m. 3933, Opimius fit Conſul inuito Graccho, cuius leges antiquantur, vnde ſeditio, Gracchus occiditur, caput eius auro rependitur, *nu.* 3. *& ſeqq.* Domitius Ænob. rem gerit contra Cauares & Allobroges, *n.* 8. 9. 10.

*Oly.* CLXV. *V.C.* 637. *Fabius Allobrogicus.* An. m. 3934, L. Opimium plebs perſequitur, quem Conſul Carbo defendit, *n.* 1, 2, Plebs Gracchos honorat, *ibi.* Fabij geſta contra Aruernos, *n.* 3. *& ſeq.* dictus inde Allobrogicus, *nu.* 8, Perfidia à Romanis in eorum regem admiſſa, *ibid.*

*Iugurthæ res.* An. m. 3935, Opimius in Numidiam mittitur, *nu.* 1, à Iugurtha, qui Hiempſalem peremerat, pecunia corrumpitur, *nu.* 3, regnum à Rom. in Adherbalem & Iugurtham diuiditur. C. Marius fit Tribunus plebis, *n.* 4, Ferox, & ingratus in Metellum eius patronum, *num.* 5.

*C. Marius.*

An. m. 3936, Iugurtha Adherbalem

vexat,

vexat, *nu.* 1, Narbo Marcius colonia deducta, *n.* 2, Galli ſeruitutem voluntaria morte redimunt, *ibid.* Cato nepos Cenſorini Conſul in Africa moritur, *n.* 3. *Narbo Marcius.*

An. m. 3937, Moritur Euergetes, teſtamento inconſulte facto, *n.* 1. 2. Cyzicenus æmulus regni fratri Grypho exoritur, *n.* 3, Metellus victis Dalmatis, Dalmaticus vocatur, *n.* 4, Iugurtha totam ambit Numidiam, *n.* 5. *Euergetis mors.* *Cyzicenus.* *Matellus Dalmaticus.*

An. mu. 3938, Init Ptol. Lathuri, *n.* 1. Ei mater Cleopatra vxorem adimit, *n.* 2, quæ Cyziceno nubit in Syria, *ibid.* Iugurtha contra Adherbalem pugnat, victumque Cirthæ oppugnat, *n.* 3. Et Cyzicenus à fratre victus Antiochiæ obſidetur, *n.* 2. *Olymp. CLXVI.* *V. C. 637.* *Pto. Lathurus.*

An. m. 3939, Cyzicenus capta vrbe profugit, eius noua vxor à ſorore in templo perimitur, *nu.* 2, Ægyptiæ mulieres crudeles in ſuos *n.* 3, & 4, Hyrcanus Samariam per filios obſidet, *nu.* 5, Scaurus homo nouus de Liguribus triumphat. *Cyziceni fuga, &c.* *Hyrcanus.*

A. m. 3940, Cyzicenus regnare incipit, *n.* 1, vxoris ſuæ cædem vlciſcitur, *n.* 2, Auxilio venit Samaritis & vincitur redit ad auxilium, fruſtra, *n.* 4. 5. vrbs capitur, *ibid.* C. Cato in Thracia male rem gerit, *num.* 7. Iugurtha premit *Cyziceni regnum.*

Ad-

Adherbalem, fruſtra opem Rom. implorantem, *n.* 9. 10.

*Iugurtha necat Adherbalem. Cimbri.*

An. m. 3941, Iugurtha Adherbalem deditum necat, *nu.* 2, Arma Cimbrorum primum audita, *n.* 4, quos Danos aliqui putant, à quibus Papyrius Carbo Conſul vincitur, *n.* 4. 5.

An. m. 3942, Bellum in Iugurtham decernitur, *n.* 1, Thraces à Druſo Conſule repreſſi, *n.* 2.

*Olymp. CLXVII. V.C. 641. Bellum Iugurthinũ.*

An. m. 3943, Initium belli Iugurthini, & filij eius irrita legatio, *nu.* 1, Calphurnius exercitum in Numidiam defert, qui cum Scauro pacem Iugurthæ vendit, *n.* 3.

A. m. 3944, Pax Iugurthina Romæ damnatur, *n.* 1. L. Caſſius prætor Iugurtham fide data deducit, *n.* 2, At is Maſſinam nepotem Maſſaniſſæ ibi interficit, *nu.* 3, Bellum renouatur, Albinus Numidiam adit, ibique relicto fratre, Romam redit ad Comitia, *ibid.*

*Iugurtha pacẽ facit moxque bellum renouat.*

An. m. 3945, A. Albinus à Iugurtha turpiter victus, turpiorem pacem cõficit; *num.* 2, quam Senatus improbat. Metellus Conſul Numidiam adit infeſtus, *n.* 4, cum Iugurtha pugnat, *n.* 6. 7. Numidiam populatur, *n.* 8, Zamam obſidet, *n.* 9, moxq; deſerit, *n.* 11, & Iugurthæ inſidias per Bomilcarẽ parat, cuius conſilio deditionem facit, *n.* 12,

mox-

moxque ſpoliatus timet, & bellum redintegrat, *n.* 13.

Anno mundi 3946. Marius Metelli legatus, aſpirat ad Conſulatum, & de Metello obloquitur, à quo Romam dimittitur, *nu.* 3. Vacca ad Iugurtham deficit, biduòque recepta diripitur, *n.* 4. Bomilcar in Iugurtham conſpirat, à quo interficitur, *num.* 6. Cum Metello male pugnat, qui eum Thalam perſequitur, *nu.* 7. Et vrbem expugnat, Iugurtha ad Bocchum regem Mauritaniæ fugit, *n.* 8. Scaurus tertiam à Cimbris cladem accipit, *n.* 8. *Olymp.* CLXVII. *V.C.* 645. *C. Marius.* *Iugurtha fuga.* *Cimbri.*

Anno mundi 3947. C. Marius fit Conſul, & Metello ſubrogatur, *num.* 1. qui Romam reuerſus triumphum, & Numidici cognomen obtinet, *n.* 2. 3. Marius bene rem gerit in Africa, *nu.* 4. & 5. Sylla eius quæſtor cœpit agnoſci, *n.* 6. Bocchus & Iugurtha Romanos male accipiunt, nec impune, *ibid.* L. Caſſius Conſul cladem à Tigurinis accipit, *n.* 7. *Sylla quæſtor.*

Anno mundi 3948. Lathurus à Cleopatra matre regno pellitur; Iudæi mulieri adhærent, & tyrannidem tutantur, *nu.* 1. 2. Cleopatra eius fratrem Alexandrum Lathuro ſufficit, Lathurus regnat in Cypro, *n.* 3. Mario prorogatur imperium, & pugnat cum Boc- *Pt. Lathurus.*

cho

cho & Iugurtha, *n.* 4, Bocchus pace & venia ſibi impetrata, Iugurtham dedere Romanis ſtatuit, *n.* 5. 6. 7. & vinctum Syllæ tradit, *n.* 9. inde origo belli ciuilis Mariani, *ibid.* Cæpionis apud Tectoſages ſacrilegium, *num.* 10. eiuſque pœna, *nu.* 12. Naſcitur Cicero, *n.* 13. & Pompeius Magnus, *n.* 15.

*Iugurthæ finis.*

*Cicero & Pompeius.*

Anno mundi 3949. Cæpio ingenti clade à Cimbris afficitur, *n.* 2. &c. ex quo tota Italia metu contremuit, *n.* 4. Quid Cæpioni factum, *nu.* 5. & 6. Romanus quoque exercitus deletur in Luſitania, *n.* 1.

*Cimbri.*

*Olymp. CLXIX. V.C. 649.*

An. mu. 3950. Marius II. Conſul triumphat de Iugurtha, eique decernitur Gallia prouincia, *n.* 1. 2. Cimbri in Hiſpania à Celtiberis victi Galliam repetunt, *n.* 4. Seruiles in Sicilia motus, *n.* 5. &c. Hyrcanus Simonis Machabæi filius moritur, *n.* 9.

*Hyrcanus.*

*Ariſtobulus.*

Anno mundi 3951. Ariſtobulus fit rex & Pontifex Iudæorum, *n.* 1. matrē in vinculis fame necat, *n.* 4. & fratrem Antigonum, *nu.* 7. moxque ipſe moritur, *n.* 11. Seruile bellum in Sicilia ſub diuerſis ducibus, *n.* 14. 15.

*Iannæus.*

Anno mundi 3952. Iannæus rex & Pontifex Iudæorum, *n.* 1. Fratrem interficit, *n.* 3. Marius fit quartum Conſul, *n.* 4. Cimbros & Teutones cunctatione

tione fatigat, *n.6.* Italiam petentes ſequitur, & pugnat ad Aquas Sextias, *n.* 7. vincitque, vbi ſpectata eſt mulierum audacia, & amor caſtitatis, *nu.8.* Teutones bis contra Marcellum male pugnant, *nu.9.10.* Catulus Cimbros fugit, *n.11.* Seruile bellum in Sicilia perſeuerat, *n.12.*

Anno mundi 3953. Reges Syriæ & Aſiæ Gryphus & Cyzicenus fratres ſe cladibus atterunt, Iannæus Ptolemaidem obſidet, quæ à Lathuro opem petit, *nu.4.* Marius V. Conſul & Catulus cum Cimbris pugnant & vincunt, *n.5.* *& ſeqq.* magnitudo cladis illius, *nu.8.* vterque triumphat, *nu.10.* M. Aquilius ſeruile bellum in Sicilia conficit, *n.11.* & an. ſeq. *n.9.* *Gryphus & Cyzicenus.*

Anno mundi 3954. Lathurus venit Ptolemaidem, *n.1.* ſoluit obſidionem, *n.3.* Iannæus cum eo proditoriè agit, *n.* 4. Ægyptus bellum fouet inter Gryphum & Cyzicenum, *n.4.* Marius VI. Conſul largitione, & in Metellum conſpirat, *n.5.* Metellus vrbe cedit, *nu.* 6. Saturnini ſeditio ob legem agrariam, *n.6.* & 7. obſidetur in Capitolio, & mox in curia cum ſuis occiditur, *n.* 8. Iulius Cæſar naſcitur, *n.10.* *Olymp. CLXX. V.C.653.* *Saturninus.* *Ortus Iul. Cæſaris.*

A.m. 3955. Lathurus Iudæam vexat.

Ei

Ei Iannæus occurrit, & vincitur, *n.* 2. 3. Metellus reuocatur in vrbem, *nu.* 4. Marius in Aſiam abit, & irritat Mithridatem, *n.* 5. Dolabella vincit Luſitanos, *n.* 6.

*Marius in Aſia.*

Anno mundi 3956. Cleopatra cum Alexandro iuniore filio Ptolemaidem oppugnat, expugnatque, *nu.* 1. 2. 3. Lathurus interim fruſtra tentat Ægyptũ, *n.* 2. Iannæus inito cum Cleopatra fœdere, expeditionem habet in Cœleſyriam, obſidet Amathuntem; & cladem accipit à Theodoro Zenonis filio, *n.* 3. Didius in Celtiberia rem bene gerit cum Q. Sertorio Tribuno mil.

*Gryphi mors.*

Anno mundi 3957. Iannęus Gazam expugnat, *nu.* 2. 3. Eiuſdem perfidia, & crudelitas, *nu.* 4. Antiochus Gryphus occiditur, *n.* 5.

*Seleucus Gryphi. Olymp. CLXXI. V. C. 657.*

Anno mundi 3958. Antiocho Grypho ſuccedit Seleucus filius, qui pugnat cum Cyziceno patruo, & prælio captum, occidit, *n.* 1. Seditio in Iannæum Hieroſolymis excitata, *n.* 2. eiuſdẽ crudelis vindicta, *nu.* 3. Contentio filiorum Gryphi & Cyziceni, *n.* 4. Rex Cyrenarum Romanos fecit hæredes, *num.* 5.

*Ant. Cyziceni Pius.*

Anno mundi 3959. Antiochus Pius filius Cyziceni Seleucum patruelem victum tota Syria expulit, *num.* 1. & in

Arado

Arado regnare cœpit, *n.* 3. Lex Licinia & Mutia ſunt cauſa Italici belli, *nu.* 4. Scæuola exemplum regendæ prouinciæ, *n.* 7. *Cauſa belli Italici.*

Anno mundi 3960, Seleucus in Ciliciam fugit, ibique cum ſuis in regia combuſtus eſt, *nu.* 1. Iannæus domeſticis inſidijs petitur, & expeditionem ſuſcipit in Arabiam, vbi ex inſidijs totum amiſit exercitum, *n.* 4. In Belgida Hiſpaniæ, populus Senatum defectionem recuſantem in curia cremauit, quos Flaccus mox punijt, *n.* 6. *Seleuci mors.*

Anno mundi 3961, Antiochus Pius Seleuci fratrem Antiochum victum interimit, *nu.* 1. Iudæi contra Iannæum ob amiſſum exercitum tumultuantur ad ſex annos, *nu.* 2. P. Rutilius Romæ damnatus, in exilium abit, *n.* 3.

Anno mundi 3962. Tertius Gryphi filius Philippus in parte Syriæ regnat, *nu.* 1. Craſſi & Ænobarbi cenſura contentioſa, *n.* 4. *Olymp. CLXXII. V.C. 661. Philippus Gryphi.*

Anno mundi 3963. Quartus Gryphi filius Demetrius, Eucærus, Damaſci Lathuri opera regnat, *n.* 1. & Philippo fratri coniunctus Antiochum Pium bello petit, *n* 2. Bellum ſociale hoc anno ab Italis inchoatur, ſequenti à Romanis, *nu* 3. cauſa fuit ius ciuitatis negatum ſocijs, qui inter ſe coniurant, & arma *Demetrius Eucarus. Bellum Sociale.*

arma capiunt, *numero* 9. & 10.

*Ant. Pij mors. Cleopatræ mors.*

A.m. 3964. Antiochus Pius in bello contra Parthos occumbit, *nu.* 1. Cleopatram Alexander filius, Lathuri frater occidit, *nu.* 2. Italici multas clades Romanis inferunt, *n.* 4. & 5. & viciſſim accipiunt, *n.* 6. bellum Mithridaticum diſponitur, *n.* 7.

*Bellum Mithridaticum.*

*Mithridatis humanitas.*

Anno mundi 3965. Lathurus regno redditur pulſo fratre Alexandro, qui mox moriens populum Rom. reliquit heredem, *n.* 1. 2. Iannæus Pont. diu tumultuatur cum ſuis, qui Demetrium Eucærum euocant in auxilium, *nu.* 3. Bellum Italicum varia fortuna geritur, *n.* 4. *& ſeqq.* Mithridates à Roman. iniuria affectus, apud eos fruſtra expoſtulat, *nu.* 10. Occupat Cappadociam, bellum parat; pugnat, vincitque Romanos, & captiuos cum viatico dimittit, *nu.* 11. 12. Romanis ducibus inſultat, *n.* 13.

*Olympiad. CLXXIII. V. C. 665. Eucærus.*

*Bellum Marianū.*

A.m. 3966. Eucærus venit in Iudæam, & Iannæum vincit, *n.* 1. 2. mox ſibi timens à Philippo fratre recedit *ibid.* Italici belli reliquiæ, *n.* 3. L. Sylla magno fauore fit Conſul, *nu.* 4. Ei bellum Mithridaticum obtigit, cuius cupiditate flagrabat Marius. Eius belli fax fuit Sulpicius Trib. pl. lege lata, qua Syllæ abrogabatur imperium, Mario bellum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

bellum in Mithrid. decernebatur, *n.*5. Sylla vrbem occupat, Marius fugit, *n.* 6.7. Mithridatis magni ſucceſſus in Aſia & Europa contra Romanos, *n.* 9. Rhodum fruſtra oppugnat, *n.*10. Sylla venit in Græciam, *n.*11.

*Iannei Pont. crudelitas.* *Eucari mors.* *Cinna.*

Anno mundi 3967. Iudæi ab Eucæro relicti, à Iannæo crebro victi, ad octingentos crucibus ſuffiguntur, *nu.* 1. Eucærus à Philippo fratre ope Parthorum victus, apud eos moritur. Philippus Syria potitur, *num.*2. Cinna fit Conſul, dat Syllæ fidem, frangitque, & tranſit ad Marianos, *num.* 4. Magiſtratu deiectus bellum infert patriæ cum Mario, *num.* 5. quam Coſſ. tuentur, *num.*6. fame vrgente Senatus Cinnam vrbe admittit, qui cum Mario in ea cædes edit, *num.* 9.10.11. Sylla hoſtis iudicatus, *num.*11. dum obſidet Athenas, & Græciæ theſauros prædatur, *nu.*12.13. & expugnat, *num.*14. Mithridates Macedoniam occupat, *numer.*12. Sylla cum eius duce Archelao magnam obtinet victoriam, *numer.*15.

*Sylla in Græcia.*

*Dionyſius Gryphi.*

Anno mu. 3968. Dionyſius quintus Gryphi filius Damaſcum occupat, *n.*1. Contra Arabas ducit, ibique victor cadit, *num.*2. Romæ Cinna & Marius conſulatum inuadunt, moxque Marius

*Marij mors.* rius 17. die moritur, *n.* 2. Romani exules ad Syllam confugiunt, *n.* 4. Contra eum Flaccus ſuffectus Mario, Conſul cum Fimbria mittitur, qui Flaccum occidit, eiuſque locum occupat, *nu.* 5. Sylla Archelaum rurſum vincit, *n.* 7. 8. & Bœotiam diripit, *n.* 9.

*Fimbria.*

Anno mundi 3969. Cinna fit III. Conſul, *n* 2. Fimbria crudeliter ſe gerit in Aſia, maxime contra Ilienſes, *nu.* 3. qui mox Sylla perſequente, ſibi manus infert, *n.* 7. 8.

*Olymp. CLXXIV. V.C. 669. Regni Seleucidarũ finis. Cinna mors.*

Anno mundi 3970. Regnum Seleucidarum in Philippo Gryphi filio extinguitur, poſt annos 228. *nu.* 1, 2. Sylla res Aſiæ componit, exigit ingentes pecunias, cum totius Aſiæ gemitu, *nu.* 3. 4. Redit in Italiam ad ciuile bellum, *n.* 5. cui occurrunt Coſſ. in Dalmatiam, *n.* 7. Cinna à milite tumultuante occiditur, *n.* 8. Syllæ copiæ Italiam petentis, *n.* 9. quas auget in Italia, *n.* 10. ciues defenſionem parant, *ibid.*

*Tigranes.*

Anno mundi 3971. Nouus Syriæ rex Tigranes Armenus, *nu.* 1. & 2. Iannæus ab Areta vincitur, *n.* 3. Sylla tranſit per Italiam innoxius, *nu.* 4. Pugnat contra Coſſ. ad Canuſium, & vincit, *n.* 5. Conſulis exercitus deficit ad Syllam, *nu.* 6 Copiæ vtræque vrbem adeunt, præuenit Carbo, qui Syllanos hoſtes

*Sylla in Italia.*

*Carbo.*

ſtes iudicari curat, *numero* 7.

A. m. 3972. Iannæus expeditionem in aliquot oppida ſuſcipit, eaque capit, & nominatim Gamalam, *nu.* 1. 2. 3. Metellus Carbonis Coſ. legatum vincit, moxque ipſum Carbonem, *nu.* 5. 7. Sylla Marium iuniorem Coſ. cogit ad ſibi manus inferendas, *nu.* 8. mandata prius cæde inſignium virorum Syllanorum, *n* 9. Sylla vrbem prælio victor occupat, qua firmata præſidio, apud Cluſium cum Carbone dubia victoria pugnat, *num.* 11. plerique Syllani duces rem feliciter gerunt, *nu.* 12. 13. Ad Syllam plerique deficiunt, *nu.* 14. 15. Norbanus Rhodum fugit, ibique ſe perimit, & Carbo fugit in Africam, eiuſque mox exercitus deletur, *ibid.* Sylla bis graue periculum effugit, *n.* 17. eius in Samnites odium, *num.* 18. Proponit Proſcriptionem, *num.* 22. & eam exercet crudeliſſimam, *num.* 23. *& ſeqq.* Statua honoratur, & cognomine Felicis, *num.* 27. fit Dictator, *num.* 29. & 30. Bellum Mithridaticum renouatur, opera Murenæ, *n.* 32.

*Marius iunior.*

*Syllæ proſcriptio.*

*Dictatura.*

Anno mundi 3973. Lathurus moritur, *num.* 1. Alexander eius nepos ei ſufficitur à Sylla, ſed ab Alexandrinis 19. die occiditur. Romæ duo ex Syllanis ducibus Conſules creantur, *num.* 3.

*Lathuri mors.*

Sylla in vrbe dominatur, Iudicia ad Senatores transfert, Tribunatum debilitat, plebem libertis auget, *num.* 4, triumphat de Mithridate, *num.* 5, 6, Pompeius de Africa primùm triumphat, anno ætatis 26, *nu.* 9, Sylla ægrè conſentiente, *num.* 10, Murena vexat Mithridatem, moxque vincitur, *n.* 12, Pax renouatur Gabinio interprete. Initia Sertoriani belli, *num.* 13, feliciter rem gerit, à Luſitanis imperium ſuſcipit, *n.* 14.

*Sylla dominatus.* *Pompeij initia.* *Bellum Sertorij.*

Anno mundi 3974, Initium Ptol. Auletis, patris Cleopatræ & Dionyſij, *num.* 1, filius Lathuri, *num.* 2, Sylla Dictaturam cum Conſulatu gerit, *nu.* 4, Murena triumphat, *ibid.* Sertorius inualeſcit.

*Olymp. CLXXV. V. C. 673. Ptol. Auletes.*

Anno mundi 3975, Sylla Dictaturam deponit, *nu.* 2, Quantæ ab eo clades, *n.* 2, 3. Et tamen obtulit ſe paratum reddendæ rationi, *n.* 4, & qua fiducia, *nu.* 5, Seruilius Iſauros trans Taurum domuit, & dictus eſt Iſauricus, *num.* 6, Sertorius rem bene gerit in Hiſpania, contra Metellum, & alios *n.* 6. & 7.

*Sylla Dictaturam deponit.*

Anno mundi 3976. Iannæus ex temulentia morbum ad triennium contrahit, *n.* 1, Sylla in Cumanum ſecedit, data decima Herculi, & epulo populo ad multos dies, *num.* 3, morbum contrahit

*Moritur.*

trahit flagitioſa vita, ſcribit commentarios de rebus ſuis, *num.*4. etiam ſub mortem crudelis, ſanguinem vomit, & moritur, *num.*6, eius funus, *numero* 8. *& ſeqq.* Metellum exercet Sertorius, *num.*14, Gratus Hiſpanis, *numer.*15.

A.m. 3977. Catuli & Lepidi iurgia præcedentis anni in bellum euadunt, Lepidus victus traijcit in Sardiniam, vbi tabe perijt, *n.*1. *Catulus & Lepidus.*

Pompeius exercitum retinet, dum ei decreta eſt Hiſpania, *n.*4, Sertorio ſe iungit Perperna cum copijs, *num.*5, Pompeius male rem gerit contra Sertorium, *n.*6. *Pompeius in Sertorium.*

An.m. 3978. Iannæus moritur anno 27. pontificatus, *n.*1. 2. Pompeius cum Sertorio pugnat dubia victoria, & fuga Pompeij, *n.*5, Eiuſdem pugna ad Saguntum, *n.*7. *Iannæi mors. Olymp. CLXXVI. V.C, 677.*

A.m. 3979. Iannæi vxor regnum aſſumit & filium Hyrcanum Pontificem conſtituit, *n.*1, addicta Phariſæis, *n.*2. Romana res duobus aucta regnis Bythinia & Cyrene, *num.*4. & 5. fatigat Romanos duces Sertorius, *num.*7. qui Mithridatem incitat in Romanos, & fœdus ineunt, *num.*8, Mithridates iterum bellum parat', *n.*10. Metellus Sertorium proſcribit, *n.*11. *Hyrcanus. Pont.*

*Lucullus.* Anno mundi 3980. Lucullus Conſul procurat auxilia mitti Pompeio, *num.* 2. Sertorius alienat à ſe milites Romanos, *nu.* 3. aut Perperna potius, *num.* 4. Res tamen ſuas adhuc ſuſtentat, *num.* 5. multum apud Mithridatem poteſt, *num.* 6. qui vincit M. Cottam, Bithyniam occupat, *num.* 7. In eum mittitur Lucullus, *num.* 10. qui pugnam detrectat, *num.* 11. Mithridates Cyzicum oppugnat, proditur à L. Manio *n.* 12. cladem accipit à Lucullo, *num.* 14.

*Mithridates ad Cyzicum.*

Anno mundi 3981. Mithridates fame vexatus ſoluit obſidionem Cyzici, *num.* 3. à Lucullo & tempeſtate male acceptus, *num.* 5. 6. Duces Romanos perfugas capit, cæditque, *ibid.* Res Sertorij collabuntur, *num.* 9. Initium belli Spartacij, *num.* 10. Spartacus aliquot Romanos duces oppreſſit, *n.* 11.

*Bellum Spartaciũ.*

*Olymp.* CLXXVII. *V. C.* 681. Anno mundi 3982. Iudæi legatos ad Tigranem mittunt, *nu.* 2. Herodes Antipatri filius naſcitur ſub finem anni, *num.* 3. Lucullus equeſtri prælio à Mithridate vincitur, *num.* 5. Inde rurſum mutuæ clades atque victoriæ, *nu.* 7. 8. fuga Mithridatis ad Tigranem, *n.* 10. Mithridates regias mulieres curat interfici, *num.* 11. Bellum Sertorianum decimo anno finitum, *num.* 12. A Perperna

*Herodis ortus.* *Mithridatis fuga.*

perna in conuiuio Sertorius occiditur, *nu.*13. ipſeque mox à Pompeio victus, occiditur, *nu.*16. Spartaco autem res bene ſuccedunt, contra vtrumque Coſſ. & prætorem, *n.*19. *Sertorij mors.*

Anno mundi 3983. Verres tertium Prætor, *n.*1. Lucullus Aſiam à fœnore ſubleuat, *nu.* 2. Vnde & Romæ accuſatur à publicanis, *nu.*3. Tigranis faſtus, *n.*5. cum Mithridate conuenit, *num.*6. Craſſus in Spartacum miſſus, decimat fugitiuos, *nu.*7. Varias infert hoſti clades, qui mox fortiter pugnans occumbit, *num.*11. Eius ſocij capti aguntur in crucem, *ibid.* *Verres. Tigranes. Craſſus in Spartacũ.*

Anno mundi 3984. Pompeius cum Craſſo fiunt Coſſ. & aliquandiu exercitum cum metu populi retinent, *nu.* 2, 3, Tandemque dimittunt, & reſtituunt Tribunitiam poteſtatem, *nu.*4. Craſſus populo dat epulum, *nu.*5. Lucullus in Tigranem mouet, eiuſque ducem vincit; *nu.*10. moxque Tigranem ipſum, *nu.*13. eiuſdem fuga, quem Mithridates conſolatur. Romani Tigrano certam obſident, *n.*9. 10. 15. Virgilij ortus, *n.*16. *Pompeius. Virgilius.*

A. m. 3985. Tigranocerta expugnatur, *n.*1. Luculli in ea continentia, *n.*2. Reges copias reuouant, *n.*3. quos Lucullus de induſtria ſinit inualeſcere, *n.*4.

*Olymp. CLXXVIII. V.C. 685. Bellum Creticum.*

Anno mundi 3986. Lucullus Niſibim diu oppugnatam hyeme capit, *n.* 2,3, Mithridates Fabium Luculli ducem vincit, *n*, 4, Bellum Creticum inchoatur, *n.* 5, 6. primum à M. Antonio Triumuiri patre, moxque à Metello, *ibid.* pene confectum anno ſeq. *num.* 18,19.

*Ariſtobulus.*

Anno mundi 3987. Ariſtobulus Hyrcani frater regnum Iudææ occupat, *num.* 1. Regina dimittit adminiſtrationem, & moritur, *nu.* 3, Mithridatis de Luculli duce victoria ingens, *num.* 4. *& ſeqq.* Res ſuas recuperat, *nu.* 9. Lucullus pene deſertus à ſuis, *num.* 8. Bellum Cretenſe cum Piratico coniunctum, & huius origo, *num.* 10. & incrementum, *ibid.* Cicilia piratarum receptaculum, *num* 11. quàm latè pateret hoc bellum, *ibid.* Pompeio committitur cum magna poteſtate, *nu.* 13. *& ſeqq.* quam feliciter ac citu debellatum, *num.* 16,17. Cretenſes à Metello victi, Pympeio ſe dedunt, indeque ſimultas inter eos, *numero* 19.20.

*Bellum Piraticum.*

*A Pompeio celeriter confectum.*

Anno mun. 3988. Ariſtobulus Hyrcanum fratrem adigit ad priuatam vitam, *n.* 1.2. prior Catilinæ coniuratio, *n.* 3. & an. ſeq. *n.* 10. Bellum Mithridaticum Pompeio, rogatione Manilij commit-

*Catilinæ prior coniuratio.*

committitur, *nu.* 5. *& ſeqq.* Pompeius Mithridatem perſequitur, *num.* 10. & fugat, *num.* 12. à Tigrane repellitur, *ibid.* vterque Tigranes Pompeium adit, qui filium patri conciliat, *nu.* 14. Poſtea male ſe gerens, in vincula coniectus perit, *n.* 15. Tigranes Syria decedit iuſſu Pompeij: qui & Antiochum Aſiaticum regno repellit, & Syria fit prouincia Romanorum, *n.* 16. In Creta à Q. Metello debellatum eſt, & fit prouincia Romana, *n.* 18.

*Syria prouincia, & Creta.*

Anno mundi 3989. Quietas Iudææ res turbat Antipater, *n.* 1. Hyrcano fugam perſuadens, *num.* 2. qui ope Aretæ Arabis reſtituitur regno, victo Ariſtobulo, *n.* 3. qui ope Scauri recuperat regnum, *n.* 5. & anno ſeq. *nu.* 1. Mithridates trahit ad ſe Scythas, *nu.* 6. qua re territus Machares eius filius ſibi manus infert, *num.* 7. Interim Pompeius contra Albanos & Iberos rem bene gerit, *n.* 8. 9. Prior Catilinæ coniuratio prius inchoata, temere nunc ſuſcipitur, & patefacta diſſipatur, *n.* 10. Herodes fuit Aſcalonita, *n.* 11. 12.

*Antipater.*

*Herodes Aſcalonita.*

Anno m. 3990. Catilina redintegrat coniurationem, *num.* 2. *& ſeqq.* innoteſcit ope Fuluiæ, *nu.* 6. iterum repulſam conſulatus patitur, & Cicero deſignatur Conſul, *ibid.* Phraates Rex Par-

*Olympiad.* CLXXIX. *V. C.* 689. *Catilina*

*coniuratio poſterior.* Parthorum iratus Pompeio, *n.* 7. Stratonice Mithridatis coniux caſtellum cum theſauris Pompeio prodit, *nu.* 8. ideoque filium ex ea ſuſceptum Mithridates occidit. *nu.* 9, Pompeius expeditionem in Syriam ſuſcipit; & Antiochum Comagenem victum in amicitiam recipit, *n.* 10.

*Pompeius Hieroſolymis.* Anno mundi 3991. Pompeius Hieroſolymam venit contra Ariſtobulũ, & vrbe admiſſus templum expugnat, *n.* 8. 10. cædibus profanatur. Pompeius adit ſanctum ſanctorum, *num.* 11. itemque alij, *n.* 12. Sacra ſupellectile intacta, *n.* 13, 14, Ariſtobulum habet in vinculis, *ibid.* cum filijs Romam abducturus, *n.* 16. Hyrcanus recipit Pontificatum, & Iudæa Romanis ſubijcitur, *Iudæa Romanis ſubijcitur.* mœnia Ieruſalem euertuntur, *n.* 15, 16. Pompeius Parthos Armenoſque conciliat, *n.* 17. Multi à Mithridate deficiunt, filiæ ipſius captæ, ad Pompeium adductæ, intactæ ſeruantur, *nu.* 20, 21. Dum bellum in Italia cogitat ei filius *Pharnaces.* Pharnaces ſtruit inſidias, *num.* 22, 23. Rex proclamatur, *num.* 25. ſenex fugam fruſtra petit, mortem ſibi parat, *Mithridatis mors.* & veneno inuiolatus, ferro eam inuenit, *num.* 26, anno belli cum Romanis 27. ætatis circiter 60. *num.* 27, eius familiæ deſcriptio, *num.* 30,

de eo triumphat Lucullus, *n.*33.34.35. Vrget coniurationẽ Catilina, & Ciceroni ſtruit inſidias, *n.*36, & 37, Catilina bellum parat, *nu.*37, à Cicerone in Senatu exagitatur, *nu.* 38, abit ad ſuos, & hoſtis iudicatur, *n.*39, patefit coniuratio per Allobrogum legatos, comprehenduntur primarij, & conuicti ſupplicio afficiuntur, *n.*43, Craſſus & Cæſar ſuſpecti, *nu.* 42, Auguſtus naſcitur 9. Cal. Oct. *n.*45.

*Catilinæ cõiuratio patefit.*

*Ortus Auguſti.*

A. m. 3992, Scaurus Arabicum bellum iuſſu Pompeij conficit, *n.*1. Pompeij illuſtria opera in Aſia, *n.*2, Piſonem mittit ad Conſulatũ, *n.*3. Triumphus Metelli Cretici, *nu.*4, Extinguitur coniuratio Catilinaria, *nu.*5, Cum Petreio pugnat, & victus occiditur, *nu.*7, C. Antonius in Macedonia non bene rem gerit, *numero* 8.

*Pompeius in Aſia.*

*Catilinæ mors.*

A. m. 3993, Scaurus Syriæ præfectus à Pompeio, *n.*1. Qui hoc anno triumphat, *nu.*2, quæ in reditu geſſerit, eiuſdemque liberalitas, *nu.*3, Dimittit exercitum, cum magno populi gaudio, *n.*4, &c. Triumphi magnificentia, *n.*7, *& ſeqq.* triumphauit de tribus orbis partibus, *nu.*13, Theatrum Romæ cœpit, *num.* 14, Clodius in iudicium trahitur, ob violata ſacra bonæ Deæ, *num.*15, Cicero negat ei falſum teſti-

*Scaurus.*

*Pompeius Romæ triumphat.*

*Clodius, eiuſq; odiũ in Ciceronem.*

teſtimonium, *ibid.* vnde conflatum odium, *n.*15.

*Olymp.* CLXXX. *V.C.* 693.

An. m. 3994, Ariſtobuli filius Alexander capta ex itinere fuga, Iudæam repetit, *nu.*1. Pompeij claritas obſcuratur, *num.*2. Metellus & Lucullus ei aduerſantur, *ibid.* Clodius Tribunatum ambit Pompeij iuuandi, & Cic. vexandi cauſa, *num.* 4. Præ-

*Iul. Cæſar.*

tura Cæſaris, & eius æs alienum, *num.* 5. & 6. Conſulatum petit omiſſo triumpho, *num.*7. pronunciat pecunias in centurias; eique optimates reſiſtunt, *num.* 8. Craſſum & Pompe-

*Triumuiratus.*

ium conciliat, & ad ſe trahit, *num.* 9. Ea concordia origo fuit publicæ ruinæ, *n.*10.

*Cæſaris cõſulatus.*

An. m. 3995, Cæſar Conſul iacit regni ſui fundamenta, *n.*1. Marcio Philippo Syriæ prætore Alexander clam res nouas moliri cœpit, *n.*2. Ptolemæus Auletes Romanam obtinet amicitiam, *n.*3, 4, Cæſar lege agraria populum ſibi conciliat, *n.*5, inuito Senatu, & Catone repugnante, *num.*6, Bibulo Collegæ conflat inuidiam, Craſſo & Pompeio fauorẽ, *nu.*7. Lex ea per vim fertur, *nu.*8. Equites ſibi adiungit, & acta Pompeij confirmat, *nu.*9. obtinet

*Obtinet Gallias.*

cum imperio vtramque Galliam, & affinitatibus potentiam ſuam confirmat.

mat, *num.* 10. Ciceronis cum Cæſare & Pompeio ſimultas, *nu.* 12. Cæſar Clodio contra Ciceronem fauet, & in Tribunatu obtinendo iuuat, *n.* 13. *Fauet Clodio contra Ciceronē.*

An. m. 3996, Ægyptij tributis grauati regem ſuum pellunt, qui Romam fugit, *n.* 2. 3. Alexandrini eius filiā Berenicem reginam conſtituunt, *num.* 4. Clodius Ciceronem euertere aggreditur, *n.* 5. *& ſeq.* Cæſar Ciceroni legationē ſuadet, *n.* 9. quam male repudiat, *n.* 10. A Pompeio deſertus, *n.* 14. Solum vertit, *nu* 15. Clodius in eius bona inuolat, *ibid.* Catonem in Cyprum amandat, *num.* 16. 17. Cæſar in Galliam proficiſcitur, *num.* 19. & in Heluetios mouet, *num.* 20. *& ſeqq.* Bellum gerit contra Arioniſtum in gratiam Heduorum, *num.* 25. eumque vincit, *num.* 27. In citeriore Gallia muneribus ſibi demeretur ciues, & obtinet ne abſens reus fiat, ſibique annuos magiſtratus obligat, *num.* 29. Clodius Pompeium vexat, *num.* 30. Inde Ciceronis reditus paratur, *num.* 31. *Pt. Roma. Ciceronis fuga. Bellum Gallicum.*

A.m. 3997, Annus Sabbaticus 202. Syriā Gabinius Proconſul regit, *nu.* 1. feliciter pugnat contra Alexandrū *n.* 3. Alexandrium obſidet, & expugnat, & aliquot vrbes reficit, *num.* 4. Iudæa in

quinque conuentus diſtribuitur, *ibid.* Archelaus nouus Ægypti tyrannus, *n.*

*Cato in Cypro.* 5. Auletes petit reſtitui in regnum, & in legatos Alexandrinos graſſatur, *nu.* 6, 7, Rex Cypri ſibi manus infert, quã

*Ciceronis reditus.* Cato ſpoliat, *n.* 9, Cicero ab exilio reuocatur, *n.* 10, &c. Pompeius rei frumentariæ ad quinquennium præficitur, *n.* 13, Cicero gratias agit in Senatu *ibid.* & orat pro domo ſua, *n.* 14, Cæſar

*Cæſaris geſta in Gallia.* Belgas vincit, & Neruios, Remos, & Armoricos in deditionem accipit, *nu.* 15, & *ſeqq.* rapinis Galliam vaſtat, *num.* 21.

An. m. 3998, Ariſtobulus Roma fugit, & in Iudæa cum Romanis male

*Olymp. CLXXXI. V.C. 697. Ariſtobulus.* pugnat, & Macherunte expugnata cum Antigono filio fugæ comite à Gabinio traditur & Romam abducitur, *n.* 2. 3. Auletis reſtitutio retardatur, *nu.* 4. 5. Cato Cypro reuertitur, & tempeſtate, incendioque vexatur, *num.* 6.

*Reditus Catonis.* Romæ magna cum laude accipitur *n.* 7, Cæſar rem feliciter gerit in Gallia, *n.* 9, Armorici deficiunt, & vincuntur claſſe, *n.* 10. 13. aliæ legatorum eius pugnæ proſperæ, *n.* 9. 13. 14. 15. Lucæ conuentum habet, *n.* 16, pecunijs iuuat cãdidatos, *num.* 17, obtinet ſibi prorogari imperium in quinquennium, *ibid.*

Craſſus

Craſſus & Pompeius per vim Coſſ. deſignantur, *n.* 18, Cato Præturam ambit Reip. cauſa, ſed fruſtra, *nu.* 19, Vatinio per vim & pecuniam renunciato, *ibid.*

An.m. 3999, Gabinius pecunia victus Auletem reſtituit, *n.* 1. 2. 3. victis Ægyptijs, & capto Archelao, *n.* 4. Auletes filiam Berenicem, & alios multos interimit, & pecunias extorquet, *nu.* 5. interim Alexander recuperat Iudæã, *num.* 3, in quem Gabinius Antipatrum mittit, moxque eum prælio vincit, *num.* 6, Gabinius male Syriam rexit, *num.* 7, 8, Coſſ. & Cæſar prouincias in plures annos obtinent, *num.* 9, 10, 11. *Gabinius reſtituit Ptolemæũ.* *Syriam vexat.*

Theatrum Pompei dicatum, cum magnificis ſpectaculis, *n.* 12, 13, Craſſus Syriam adit, *n.* 14, Initia belli Cæſaris cum Germanis, *n.* 15, Tranſit in Angliam cum clade ab æſtu maris, *n.* 19, redit in Galliam, *n.* 20. *Theatrum Pompeij.*

A.m. 4000, Craſſus vltro bellum in Parthos ſuſcipit, omiſſa Syria, *num.* 2. retrocedit in Syriam ad hyberna, *nu.* 5. eum P. filius è Gallia adit, *n.* 5. Hieroſolymam venit, & templum deprædatur, *n.* 5, 6, Alia Craſſi ſacrilegia, *n.* 9, 10, 12, Gabinij reditus in Vrbem, *n.* 13. accuſatur maieſtatis, *num.* 14, abſol- *Craſſus in Parthos.* *Eius ſacrilegia.* *Gabinius.*

uitur, *nu.* 16. damnatur repetundarum, *num.* 17. & in exilium miſſus, poſteà à Cæſare reuocatur, *ibid.* Pompeius vxorem amittit & filiam, *n.* 20. Res à Cæſare apud Treuiros & Heduos geſta, *nu.* 21. 22. & cum Ambiorige & Indutiomaro, *n.* 23. 25.

*Craſſi clades & mors.* A.m. 4001, Arſacis legatio ad Craſſum, *num.* 2. quam inconſultè contemnit, *num.* 3. 4. in perniciosa conſilia trahitur, *num.* 5. 6. male pugnat: & filium amittit, *n.* 8. 9. fugit, *num.* 11. Circumuentus à Parthis, *nu* 14. 15. occiditur, aurum in os eius infunditur, *n.* 18. Status Reip. Rom. hoc tempore, *nu.* 20. 21. Res à Cæſare in Gallia geſtæ, *n.* 24. *& ſeqq.*

*Olymp. CLXXXII. V.C. 701. Roma turbatur. Clodij cades.* An. m. 4002, Bellum Parthicum in Syriam translatum, à Caſſio ſuſtentatur, *n.* 2, 3, Parthi Meſopotamiam recipiunt, *num.* 2, Romæ res ab ambitione perturbatiſſima, *n.* 4, Conſulatus metu Dictaturæ ſoli Pompeio defertur, *nu.* 6, 7, Milo Clodium occidit, & quæ inde turbæ, *n.* 8, 9, 10, Pompeius iudiciũ Milonianum inſtituit, *n.* 12, Pompeius vxorem ducit, & ſocerum Metellum collegam aſſumit, *num.* 13, Noui motus in Gallia abſente Cæſare, *num.* 15, *Cæſaris auaritia & profuſio.* Quibus mox prouidet Cæſar, *num.* 16. multas vrbes capit, *num.* 17, 18, 19,

Ædui

Ædui deficiunt, & res cum ipſis geſta, *n.19, & ſeqq.* Totam Galliam habet in poteſtate, & immenſas opes colligit, *numer.* 24, quas Romæ profundit, *num.*25.

A.m.4003, Ptolemæus Auletes moritur, trigeſimo regni anno, *nu.*1, relinquit hæredes Ptolemæum & Cleopatram ſub tutela populi Rom. *n.*2, Parthi à Caſſio Syria repulſi eã repetunt, vnde iterum ab eodem cum magna clade repelluntur, *n.* 4. 5. Bibulus venit in Syriam, & bello Parthico finem imponit, *n.*6. Cicero Ciliciam prouinciam adit, *num.*8.9. Cato Conſulatum petit, nec impetrat, *n.*10.11. Marcellus Conſul Cæſari aduerſatur, *n.*12. Cæſar ſatagit retinere imperium dum Conſul deſignetur, *n.*13. repugnante Senatu, *ibid.* Res ab eo in Gallia geſtæ, per ſe, ſuoſque, *n.*14. *& ſeqq.* Totam Galliam ſuis legionibus habet in poteſtate, *n.*19.

*Ptol. Auletes moritur.*

*Finis belli Parthici.*

*Gallia tota Cæſaris poteſtate.*

An. mun. 4004, Ptolemæus cum ſorore Cleopatra regnare incipiunt, Magiſtratus partim Cæſari aduerſantur, partim fauent, *num.* 2. 3. Quieta Gallia Cæſar adit Italiam, *num.* 7. 8. moxq; redit ad exercitum, quem per Galliam diſpertit, *n.*8. reuertitur in Italiam, *n.*9.

*Ptol. & Cleopatra regnare incipiunt.*

A.m.

*Bellum ciuile Cæſarianum.*

A.m. 4005, Ciuile bellum Cæſarianum inchoatur, *n.*1. eius cauſa ambitio Cæſaris dominationem affectantis, *n.* 4. Iubetur exercitum dimittere, quod eſſe negat, dum Pompeius eſſet in armis, *n.*5. *& ſeqq.* Arma parantur in Cæſarẽ, *n.*8. Labiemns ab eo deficit, *nu.*9. Prouincia ſua armatus egreditur, *nu.* 10. deſperata pace multas vrbes occupat, & totum Picenum, *n.*12.13.

*Pompeius deſerit Italiam.*

Pompeius Brunduſium adit, quẽ Cæſar ſequitur, *nu.*15. Pompeius deſerit Italiã; Brunduſini Cæſari ſe dedunt, *n.*16.

*Cæſar Italiã & inſulas occupat.*

Itaque Galliæ & Italiæ dominus Hiſpaniam cogitat, *n.*17. Siciliam & Sardiniam deſertas occupat, *nu.*18. Redit in Vrbem, *n.*20. ibi ſtudet res cum Pompeio componi, *n.*21.22. exhaurit Ærarium, *num.*23.

*Ariſtobuli cædes.*

Ariſtobulum dimittit in Iudæam, vt ibi Pompeio reſiſtat, *n.*24. à Pompeianis occiditur, & filius eius Ariſtobulus, *nu.*25.26. &c. Cæſar adit Hiſpaniam, *n.*28. Maſſilienſes eum vrbe non recipiunt, *ibid.*

*Cæſar in Maſſiliã.*

eam obſidet, tribus legionibus in Hiſpaniam cum Fabio præmiſſis, *nu.*29. Ibi pugnatur incerta victoria, *n.*31. Cæſariani fame periclitantur, cui ſuccurrit Cæſar, *num.*32. Naualem victoriam de Maſſilienſibus obtinet, *n.*32. Pompeiani fame compulſi deditionem

fa-

faciunt, & à Cæſare dimittuntur, *n.* 34, obſidio Maſſiliæ vrgetur, *nu.* 35. Vrbs iterata clade afficitur, & mox deditionem facit, fugiente Domitio, *num.* 38. Cæſar Hiſpanias recipit, & conſtituit, *ibid.* Vrbem adit, & Dictaturam aſſumit, quam Conſul factus vndecimo die deponit, *n.* 40. Curio Cæſarianus à Iuba deletur in Africa, *num.* 41. Ptolemæus cum Cleopatra bellũ gerit, *n.* 45.

*Recipit Hiſpanias & Maſſiliam.*

*Cæſar fit in vrbe Conſul.*

---

## *Romanum Imperium.*

ANnus mundi 4006. C. Cæſar II. Conſul poteſtatem ſuperiore anno cœptam, hoc anno, victo extinctoque Pompeio, ſtabiliuit, *n.* 1. 2. depoſita Dictatura Brunduſio in Epirum tranſit, eamque occupat, *n.* 5. Duces vtrique Dyrrhachium conueniunt, *n.* 7. pax fruſtra tentatur, pugnatur ad Dyrrhachium, vincit Pompeius, non indemnis, *nu.* 10, abſtrahitur à Cæſare à ſubſidio nautico, *num.* 11, pugnatur & vincit Cæſar, *n.* 14 *& ſeqq.* Pompeij caſtra expugnantur, *nu.* 15, eius fuga temeraria, *n.* 16. Cæſar eum perſequitur, *n.* 19. Pompeius in Ægyptum fugit, *n.* 20, & ibi perfidioſè occiditur, *nu.* 22. &c. Cæſar Ægyptum adit & mortuo illachrymatur, *numer.* 26, ſemina belli Alexan-

*Olymp. CLXXXIII. V. C. 705.*

*Cæſar perſequitur Pompeiũ.*

*& vincit.*

*Perſequitur fugientem.*

*Pompeij cædes.*

*Cæſar in Ægypto.*

Alexandrini, *num.* 28. Cæſar Alexandriã ſedat, *n.* 29, ſed mox res à Photino turbantur, *n.* 30. Cæſar cum Ptolemęo obſidetur Alexandriæ, & variè pugnatur, *num.* 31, incendit naues Ægyptias Cæſar, & bibliotheca conflagrauit, *n.* 32. Arſinoë ad Achillam tranſit, Photinus à Cæſare interficitur, *n.* 33.

*Incendiũ bibliothecæ.*

❧ An. m. 4007. Clades & mors Pompeij ægrè Romæ credita, *n.* 2, priuilegia in Cæſarem congeruntur, *n.* 3, admittit conſulatum ad quinquennium, Dictaturam, & Tribunitiam poteſtatem, *num.* 4. Magiſter equitum Antonius Vrbem regit, *n.* 5. Turbæ excitantur in vrbe, vſque ad Cæſaris aduentum, *num.* 6. Cæſar apparat bellum Alexandrinum, *n.* 8. Achillas occiditur iuſſu Arſinoës, *nu.* 10. Cæſar, recepto nauium ſubſidio, feliciter contra Alexandrinos pugnat, *n.* 12. Rhodiorum virtus, & Cæſaris periculum, *nu.* 13. 14, legati de pace ad Cæſarem mittuntur, qui regem dimittit, *n.* 15, ſubſidia à Mithridate & Antipatro Cæſari adueniunt, qui Peluſium occupant, *nu.* 16. & 17. Cæſari ſe coniungunt, *nu.* 22. Ptolemæi caſtra expugnantur, *nu.* 23, ipſe à fuga mergitur, *nu.* 24. Cæſar Alexandriam occupat, vbi iungit connubio Cleopatram minori fratri. *n.* 25. 27. abit

*Cæſaris priuilegia.*

*Bellum Alexãdrinum.*

*Ptolemæi mors.*

*Cæſaris victoria, & geſta in Syria.*

27, abit ex Ægypto in Syriam, & Pontum, abducta ſecũ Arſinoë, *n.* 28. Sex. Cæſarem Syriæ præficit, *nu.* 30, honorat Hyrcanum & Antipatrum, quem conſtituit Iudææ procuratorem, *n.* 32. 38. Hyrcanus inſtaurat mœnia Ieruſalem, *n.* 33.

Bellum Ponticum contra Pharnacem filium Mithridatis, *nu.* 39, pugna Domitium vincit, *n.* 40. moxq; à Cæſare vincitur, *num.* 43, & fugit; & aliquanto poſt contra Aſandrum, qui à ſe defecerat, pugnans occubuit, *nu.* 44. Cæſar res Ponti Aſiæque componit, & redit in Vrbem, *n.* 45. opes congerit, & populum ſibi conciliat, *n.* 46, militarem tumultum ſapienter componit, *n.* 47. 48. 49. *Bellum Ponticum.*

An. m. 4008, Cæſar III. Dictator & Conſul, *nu.* 1, bellum Africanum contra Pompeianos ſuſcipit, quorum dux Scipio, *n.* 3, Cæſar hyeme traijcit in Africam, *num.* 4, cum Labieno & Petreio male pugnat, *nu.* 6, Dei in Cæſarem prouidentia, *ibid.* Decretoria pugna ad Thapſum, in qua vincit, Scipio fugit, eius copiæ conciduntur ad 30. millia, *num.* 9. *& ſeqq.* Vticam adit perſequens Pompeianos, *numer.* 14. vbi Cato deſertus ſibi manus infert, *nu.* 14. 15, vbi Cæſar moderate ſe gerit, *n.* 16. *Bellum Africanum.* *Cæſaris ad Thapſum victoria.* *Catonis cædes.*

*Numidia prouincia.* *4. triũphi Cæſaris.* *Annum corrigit.* *Heredes.*

*n.* 16. Iuba & Petreius fugiunt, & à ſuis excluſi, ſe interficiunt, *num.* 17. Numidia fit prouincia Romanorum, *nu.* 18. Mors Fauſti, Afranij, Scipionis, *ibid.* Cæſar adit Sardiniam, Romam venit, copijs in Hiſpaniam præmiſſis, *n.* 19, multa ibi decreta in eius gratiam, *n.* 20. Quater triumphat de Gallia, Ægypto, Ponto, & Africa, *nu.* 21, varia edit ſpectacula, & leges, *n.* 25. & 26. annum corrigit, *n.* 27. *& ſeqq.* fuſe. Cæſar Cleopatram Romam euocat, *num.* 39. Antipater filios gubernationi adhibet, *n.* 40. Herodes nunc non 15. annorum, ſed 27. *n.* 44, purgat latronibus prouinciam, *n.* 45. 46, præficitur Cœleſyriæ, & terret Ieruſalem.

*Annus Iulianus I.* *Cæſar in Hiſpania.* *Victor repetit Vrbẽ.*

An. m. 4009, initium anni Iuliani Cæſare IV. Dictatore & Conſule, *n.* 2. 3, in Hiſpaniam contendit, contra duos Pompeij filios, *num.* 4, poſt varia prælia, ad Mundam pugnatur, *n.* 7. *& ſeqq.* magno Cæſaris periculo, *n.* 13, vt etiam de propria cæde cogitaret, *nu.* 14. Cn. Pomp. Carteia fugiens, in ſpelunca æger occiditur, *nu.* 17. Cæſar victor Romam venit, vbi multis priuilegijs oneratur, *n.* 19, ipſe & legati eius odioſe de ciuibus triumphant, *nu.* 20. & 21, nouum ei nomen Imperatoris tribuitur, &c. *numer.* 24. Sex. Cæſar à

Baſſo

Baſſo Syriæ præfecto occiditur, *n.* 26.

*Olymp. CLXXXIV. V.C. 709.*

*Ambitio eius.*

A.m. 4010. Cæſar, finitis bellis ciuilibus, Parthicum cogitat, *n.* 6. Magiſtratus omnes ad plures annos deſignat, eorumque numerum auget, & Senatum, *n.* 7, in lupercalibus diadema illi oblatum non ſyncere reijcit, *n.* 10.11. Senatui nõ aſſurgit, *n.* 13. Brutus ad coniurandum incitatur, *n.* 14, vna cum Caſſio & alijs ad 60. *nu.* 15, eligitur Curia Pompeij ad cædem Idibus Martij, *n.* 16; terretur ominibus, & tamen à D. Bruto in curiam adducitur, *num.* 17, pugionibus confoditur, *numer.* 20. Senatores diffugiunt, *num.* 21.

*& cædes.*

Coniurati in foro populum confirmant, moxque Capitolium occupant, *n.* 22. Dolabella conſulatum inuadit, Antonius Senatum cogit, vbi Cic. omnes ad concordiam adducit, *n.* 23. 24. &c. Lecto Cæſaris teſtamento omnia turbantur, *n.* 27. Dictatura antiquatur, & prouinciæ percuſſoribus aſſignantur, *nu.* 29. Antonius Cæſaris acta deprauat, *n.* 30, & tyrannice agit, *ibid.*

*Res componuntur, moxq; turbantur.*

*Octauius.*

Octauius aſſumit Cæſaris nomen, & hæredem ſe profitetur, anno ætatis 19. *n.* 33, plebem demeretur, *nu.* 35, eius cum Antonio ſimultas, & belli apparatus, *n.* 36. 37, ſe Bruto adiungit contra Antonium, *n.* 38. Brutus & Caſ-

*Brutus & Caſſius.* Caſſius bellum parant, *nu.* 39. Trebonius primus è coniuratis à Dolabella occiditur, *n.* 41.

*Octauij dominatus.* A. m. 4011, initium principatus Octauij Cæſaris, *nu.* 1. Cic. agit de Antonio hoſte iudicando, *nu.* 3, quo decretum Senatus contemnente, hoſtis iudicatus eſt, *n.* 4, ſicut & Dolabella, *nu.* 5. Senatus decretum pro Bruto, & Caſſio, *n.* 5, Gemente Octauio, *num.* 6, ad

*Pugna ad Mutinam.* Mutinam varia fortuna ab Antonio & Cæſarianis pugnatum eſt, *numer.* 7. *& ſeq.* Brutus ſoluta Mutinæ obſidione, reconciliationem cum Cæſare fruſtra quærit, *n.* 11. Panſa moriturus conſilia Senatus contra ipſum ei aperit, *n.* 12.

*Caſſius in Syria.* Caſſius & Brutus opera Ciceronis prouincias recuperant, *nu.* 13. Caſſius in Syria arma parat, Iudæam exactionibus vexat, *nu.* 14. 15, augetur 4. legionibus Allieni, *n.* 19, & Dolabellam opprimit, *n.* 21, & copias eius aſſumit, *n.* 22. Ægyptum fruſtra cogitat, *n.* 23. Brutus C. Antonij, & Vatinij copias ad ſe trahit, *n.* 24.

*Antipatri mors.* Antipater Herodis pater veneno tollitur à Malicho, quem mox Herodes occidit, *nu.* 25. Cæſar triumphum & conſulatum petit, & cum Lepido & Antonio con-

*Triumuiratus.* ſpirat, *n.* 26. 27. & 32. Senatus Cæſari non fauet, *num.* 29. Cæſar ſibi deuincit mi-

milites & armatus vrbem adit, *nu.* 34. & 36, cui vrbanæ legiones ſe dedunt, *ibid.* fit Conſul & aſſumit ſibi collegam Q. Pedium Sextili menſe, qui poſtea dictus eſt Auguſtus, *n.* 37. 38, curat damnari Iulij Cæſ. percuſſores, *n.* 39, eum Senatus lenire conatur priuilegijs, *n.* 40, curat Lepidum & Antoniũ amicos declarari, *n.* 42, D. Bruti copiæ eo deſerto ad Antonium deficiunt, *n.* 43, deſertus ad Aquileiã captus occiditur, *n.* 45, conſtituitur Triumuiratus cũ ſumma poteſtate, *n.* 47, ſinguli ſuos inimicos proſcribunt, *nu.* 49, proſcriptionis formula, *n.* 53, quãdo maxime exercita, *n.* 54, Ciceronis cædes, *ibid.* Proſcripti quidã fugiunt in Siciliam ad Sex. Pompeium, *n.* 57, alij in Aſiam atque Africam, *ibid.*

*Octauius Vrbẽ adit armatus.*

*Eius ibi geſta.*

*D. Brutus.*

*Proſcriptio*

*Ciceronis cædes.*

An. m. 4012, Cæſar & Antonius in Brutũ & Caſſium proficiſcuntur, *n.* 4, at hi immenſas cogunt pecunias, quas in milites profundant, *nu.* 8, Caſſius Philippos peruenit, *nu.* 12, vtriuſque partis copiæ, *num.* 13, occaſio occupatæ pugnæ, *nu.* 16, hoſtilia caſtra mutuo occupantur, *ibid.* Euentus prioris pugnæ, *n.* 17. Caſſij deſperatio, & voluntaria cædes, *numer.* 18. Cæſariani naualem cladem accipiunt, *numer.* 19. Brutus militẽ ſuum confirmat, & lar-

*Bellũ Philippenſe.*

*Caſſij deſperatio & cædes.*

largitione conciliat, *n.* 20. ad decretoriam pugnam compellitur à ſuis, hoſtibuſque, *n,* 22. Brutiani paulatim cedunt, *n.* 23 Cęſariani receptum eorum intercludunt, *n.* 24. Brutus montes petit, & a ſuis deſeritur, & ſe interficiendum præbet, *n.* 25. Tiberius Cæſar extremo hoc anno naſcitur. Plerique tyranni Syriam turbant, *n.* 28.

*Bruti quoque.*

*Cæſar & Antonius imperium inter ſe partiũtur.*

An. m. 4013. Copiæ deuictæ diſperguntur, *n.* 1 Antonius Græciam adit & Aſiam, Cæſar Italiam, diuiſo inter ſe Romano imperio, & Lepido repudiato, *n.* 2. 3. Antonius ingentes congerit pecunias militi largiendas, *nu.* 5. cum Cleopatra hyemem in Ægypto tranſit, Cæſar Brunduſij ægrotat, *nu.* 10. Agros militibus diſtribuit cum dominorum iniuria & querela, vnde natum bellum Peruſinum, cui præfuit L. Antonius Conſul, & maxime Fuluia M. Antonij vxor, *nu.* 14. 15. Fuluiæ filiam Cæſar repudiat, *n.* 14, copiæ vtrimque occurrunt, L. Peruſiam ſe recipit, *nu.* 16, ibique à tribus exercitibus obſidetur, nec iuuatur à ſuis, *num.* 17. Fuluia quantumuis annitente, *n.* 18.

*Belli Peruſinum.*

An. m. 4014. L. Ant. fame ad pacem compellitur, *num.* 3. Cæſarem fidenter adit, *nu.* 5, eius copias prudenter ad ſe transfert, *n.* 6. Peruſium conflagrauit, *ibid.*

*Olymp. CLXXXV. V.C. 713.*

*ibid.* Cæſar ruinam Antonij meditatur, & Caleni copijs occupatis Romam venit, *n.*7.9. Antonius Brunduſio excluſus Cæſari bellum parat, & Cæſar contra eum ducit exercitum, *n.*10. ſed opera militum reconciliantur, & Romanum imperium inter ſe diuidunt, *nu.*11.12. Cæſar bellum molitur contra Sex. Pompeium, ſed ad pacem cogitur, fame Italiam premente, *n.*13.&c. conditiones pacis, *nu.*16. mutua conuiuia ducum, & periculum Cæſaris & Antonij à Menodoro, *num.* 17. Cæſar Galliam adit, Antonius Orientem, vbi regna pro arbitratu diſtribuit, *nu.* 18. Labienus cum Parthis, ad quos defecerat, Syriam occupauit, *num.*19. 20. Parthi Hieroſolymam diripiunt, Antigonum Ariſtobuli filium regem conſtituunt, *nu.*24. Herodes Romam petit, *num.*25. Ibi ope Antonij & Cæſaris à Senatu rex declaratur, *num.* 28. *& ſeqq.* Ventidius rem bene gerit contra Parthos & Labienum, *num.* 33.34. Herodes Ptolemaidem venit, & coactis copijs Antigonum Hieroſolymis obſidet, *n.*35.36.

*Octauij & Antonij ſimultas.*

*& reconciliatio.*

*Bellum Siculum.*

*Res Iudaica.*

*Herodes rex declaratur Romæ.*

A. m. 4015. Bellum Siculum renouatur, Antonio non dante Peloponneſum Pompeio, *num.* 2. & bellum paratur, *n.*3. Ventidius in Syria rem bene

*Bellum Siculum renouatur.*

*Ventidius.*

gerit contra Parthos, *n.* 4. Herodes Antonium adit Samoſatam oppugnantẽ, *n.* 6. Antonius accerſit Cleopatram in Syriam, eique dat totas prouincias, *n.* 7. duos ex ea filios ſuſcipit, *ibid.*

*Ant. prodigus in Cleop.*

*Menodorus bis deficit.*

An. m. 4016. Menodorus à Pompeio ad Cæſarem deficit, cum parte claſſis, Sardinia item & Corſica, *nu* 2. Pompeius nauali pugna ſuperior; & Cæſarem etiam tempeſtas affligit, *nu.* 4. Cæſar Antonium ad ſe allicit per Mecœnatẽ *n.* 6, Menodorus ad Pompeium redit, *ibid.* Cæſaris & Antonij ſimultas ope Octauiæ tollitur, *num.* 7. Prorogatur Triumuiratus & Antonius in Orientem redit, *n.* 8, Ventidius de Parthis triumphat, *n.* 9.

*Cæſar & Antonius reconciliantur.*

*Herodes.*

Herodes obſidet Ieruſalem, & ducit Mariamnem regij generis, *num.* 11, naſcitur S. Anna mater B. Virginis, *numer.* 12.

*S. Anna.*

An. m. 4017. Cæſar bellum Siculum diligenter apparat, *nu.* 1, Agrippa rem bene gerit in Gallia, *num.* 2. Ieruſalem ab Herode expugnatur, *n.* 5. 6. Captus Antigonus ad Antonium ductus, ab eo ſecuri percutitur, *num.* 7. 8. &c. ſicque familia Machabæorum, poſt annos 130. extincta eſt, *num.* 14, an nunc ſceptrum è Iuda ſublatum, *num.* 15. *&* *ſeqq.* fuſe. Herodes reuera Aſcalonita, non

*Familia Machab. extinguitur.*

non Iudæus, *n.* 20. *& ſeqq.* initia regni Herodis cruenta, *nu.* 29, Phraatis regis Parthorum in ſuos crudelitas, *numer.* 30. 31. *Regnum Herodis. Phraatis.*

An. m. 4018. Annus Sabbaticus 205. Hyrcanus ope Herodis redit in patriam, *num.* 2. 3. Herodes dat Ananelo Pontificatum, *n.* 4. Antonius bellum in Parthos, & omnia inconſulte gerit ob Cleopatram, *n.* 7, nec ſine clade, *n.* 9. &c. Armeniam confuſus magno labore repetit, *n.* 12. 13, inde perfugit in Syriam, *nu.* 16. Cæſar triplici exercitu Siciliam petit, *nu.* 18, quem tempeſtas vexat, *n.* 19, ſemel iterumque infeliciter in Pompeium pugnat, *num.* 24, & maxime periclitatur, *ibid.* Nauali certamine de ſumma rei pugnatur, *n.* 27. Cæſariani ſuperiores euadunt, multi Pompeiani deditionem faciunt, *num.* 28. Pompeius fugit, *n* 29. Lepidi ſpes euerſæ, & ad Cæſarem priuatus confugit, *n.* 32. qui in exilium mittitur, *n.* 33 Cæſar res Siciliæ diſponit, *n.* 34, honorifice in Vrbe à Senatu excipitur, *num.* 35. *Olymp. CLXXXVI. V.C.* 717. *Hyrcanus. Antonius male res gerit. & Cæſar infeliciter. Vincit tamen. Pompeij fuga.*

An. m. 4019. Herodes Pontificatum Hyrcano ſublatum, & Ananelo traditum, dat Ariſtobulo, *n.* 2. 3. Octauia vxor Antonij eum adit, ſed iubetur Athenis ſubſiſtere, *nu.* 4. id agente *Herodes mutat pro arbitratu Pontifices. Pompeij cades.*

 Cleo-

Cleopatra, *ibi.* Cæſar conſtituit Remp. & per annuos magiſtratus adminiſtrat, *n.* 6, accipit tribunitiam poteſtatem, *ibid.* Pompeius è Sicilia fugit ad Antonium, *n.* 7, moxque ab eo alienatur, maleque rem gerit, *n.* 8. 9, denique fugiens interficitur, *nu.* 12, id gratum Cæſari fuit, *n.* 14.

A. m. 4020. Alexandra cum filio Ariſtobulo fugam molitur ad Cleopatram, *n.* 2. Antiochus adit Armeniam, *n.* 3. Regem Artauaſdem fraude comprehenſum, vinctum ducit Alexandriam, ibique de eo triumphat, *n.* 5, filios Cleopatræ, ipſamque prouincijs donat, *n.* 7. 8.

*Herodes occidit Ariſtobulũ, &c.*

*Antonij cũ Octauio ſimultas.*

An. m. 4021. II. Cæſaris conſulatus quem paucis horis geſſit, *n.* 2. Herodes Ariſtobulum præfocat in aquis, *n.* 3. 4. Antonium muneribus placat, *n.* 7. Patruum necat, & ſocerum habet in vinculis, *n.* 7. Antonius cum Medo ſocietatem init, *nu.* 9, bellum in Octauium molitur, & ſimultas inter vtrumque, *ibidem.*

*Olymp. CLXXXVII. V. C. 721. Et bellum pacatur.*

An. m. 4022. Herodes bellum in Arabes gerit, tributi cauſa, *n.* 2. Cleopatræ in eo perfidia, *num.* 3 Cæſar & Antonius per literas expoſtulant, & bellũ parant, *n.* 4. Coſſ. Cæſarem vexãt, qui ſe in Senatu defendit, illi ad Antoniũ pro-

profugiunt, *n.*6. Antonius Octauiam Cæſaris ſororem repudiat, *n.*7, amici Antonij ab eo deficiunt, & à Cæſare accipiuntur, *n.*8, qui recitato Antonij in Senatu teſtamento, magnam ei conflat inuidiam, & hoſtis a Senatu iudicatur, *num.*8.9. Cleopatræ bellum indicitur, *num.*9, apparatus Cæſaris & Antonij in bellum, *n.*10. Cleopatra extorquet vt bello adſit, *n.*11, ipſe Parthis hiemat.

*Repudiata Octauia.*

*Hoſtis iudicatur à Senatu.*

An. m. 4023, magna in Iudæa clades ex terræ motu, *nu.*3, Iudæi nihilominus Arabes vincũt, *n.*4. Antonius ad Actium conſiſtit, *num.*7, eo Cæſar Brunduſio venit, *n.*8, ambit pugnam, ante collectas Antonij copias, *n.*9, aliqui duces ab Antonio deficiunt, *n.*10, nauali & equeſtri prælio fit inferior, *n.*11, ad Actium claſſe pugnatur, *numer.*13. Cleopatra maturius fugit, eamque ſequitur Antonius, *nu.*15, Cæſaris victoria, *n.*16.17, deinceps ſolus rerum potitus eſt, *n.*17. Antonianos ſibi adiungit, *nu.*18, Antonius adit Alexandriam, ibique bellum parat, *n.*20.

*Terræ motus.*

*Actiaca pugna. 2. Sept.*

*Cleopatræ & Antonij fuga.*

*Cæſar rerũ dominus.*

An. m 4024. Herodes aditurus victorem Cæſarem, Hyrcanum necat, ſocrum & vxorem conijcit in vincula, *numer.* 2.6.7. Cæſar Italiam repetit, & IV. accipit conſulatum, *num.*8.

*Herodes occidit Hyrcanũ Pont.*

militares turbas ſedat, *n* 9. Ægyptum petit, *n.* 10. Herodes beneuole accipitur Rhodi à Cæſare, *nu.* 12. 14. Antonij & Cleopatræ legatio & munera ad Cæſarem, *num.* 15. Cæſar Peluſium capit proditione Cleopatræ, *numer.* 16. Antonius ad Alexandriam equitatu victor, pedeſtri pugna vincitur, & naues opera Cleopatræ ad Cæſarem trãſeunt, *n.* 17. Cleopatra fingit mortem, vt Antonius ſibi manus afferat, *n.* 18, quod ille facit, *ibid.* Cleopatra triumphum verita, ſibi mortem infert, *n.* 20. 21. cum gemitu Cæſaris, qui Alexandriam cum tota Ægypto recipit, *numer.* 22. ſic regnum Lagidarum poſt 295. annos extinctum eſt, *numer.* 23. Mors filiorum Cleopatræ, *nu.* 26. Herodes redit in Iudæam, ibique Cæſarem magnifice excipit, & ab eo donatur multis locis, *n.* 29. Halycarnaſſenſis venit in Italiam, *ibid.*

*Cleopatra prodit Antonium.*

*Vtriuſque cædes.*

*Finis regni Lagidarũ.*

An. m. 4025. Cæſar menſe Auguſto ter triduo triumphauit de Dalmatis, Alexandrinis, & ob victoriam Actiacam, *n.* 3. 4. Alexandrini à fine Lagidarum inchoarunt annos Auguſtorũ, in gratiam Iulij Cæſaris & Auguſti, *n.* 5. Herodes Mariamnem vxorem calumnijs circumuentam interfecit, *n.* 6. 7. *& ſeqq.* & Alexandram ſocrum, *n.* 10.

*Tres triumphi Cæſaris.*

*Annus Auguſtorum.*

*Herodes Mariamnem interficit, &c.*

Cæ-

Cæſar V. refectus eſt conſul, & omnia eius acta iuramento confirmata, *n.* 11. Diuini honores Iulio, ipſique tributi, *n.* 12. Eius in Vrbem ingreſſus, & liberalitas, *n.* 13, opera publica, & ſpectacula, *num* 14, accipit Imperatoris nomen, cenſuramque gerit, *numer.* 15. Lepidi in Cæſarem irrita coniuratio, *num.* 16. *Varia Cæſaris geſta.* *Imperator.*

A.m. 4026. Cæſar VI. retinet conſulatum, & aſſumit Agrippam collegam, quem multum diligit atque honorat, *num.* 1. Luſtrum condit poſt annos 42. Templum Apollinis excitat, cum Bibliotheca, *n.* 3. Ludos Actiacos exhibet atque inſtituit in poſterum, *nu.* 4. M. Varro Philoſophus moritur nonagenarius, *n.* 6. *Olymp.* clxxxviii *V.C.* 725. *Agrippa.* *Ludi Actiaci.* *Mors Varronis.*

An.m. 4027. Cæſar VII. conſul præ ſe fert ſummæ dignitatis depoſitionẽ, *n.* 1. ſed eam Senatus confirmat, *n.* 2. Validiores prouincias ſibi retinet, cum decennij in eas imperio, eoque ſemper repetito, *n.* 3. appellatur Auguſtus, *n.* 4. 5. quanta eo nomine poteſtas tributa, *n.* 6. Retinet Tribunitiam poteſtatem, *n.* 7. & cur, *ibi.* multa è Repub. conſtituit, *num.* 8. Galliam adit, atque Hiſpaniam, *n.* 9. Pantheon ab Agrippa excitatur, *n.* 10. *Cæſar ſibi firmat imperium.* *Auguſtus.* *Pantheon.*

A.m. 4028. Cæſar octauum & nonũ

conſulatum Tarracone inijt, *nu.*1, rem gerit in Cantabros, *n.*2, eos ferro & fame domat, *nu.*4. Vlteriores à legatis Cæſaris domiti ſunt, *num.*5. per quos felicius res agebat, *n.*6. Agrippa ſepta comitiorum ornat, *n.*7. Herodes cædibus graſſatur, *n.*8.10. eius ſoror Salome maritum repudiat, *n.*9.

*Rem gerit per legatos.*

A.m. 4029. Auguſtus rem bene gerit in Aſtures, *n.*1. belli finis, & Ianus clauſus, *n.*2, condit Auguſtam Prætorianorum, & Auguſtam Emeritam in Luſitania, *n.*3. Arcus eius triumphalis in Alpibus, *nu.*3. Agrippæ opera egregia, *n.*4. & Herodis in honorem Auguſti, *nu.*5. laxat Iudæorum diſciplinam, *num.*7. fames & peſtis Iudæam vexat, *n.*8.

*Condit vrbes.*
*Agrippæ opera.*

An. m. 4030. Cæſar X. conſul in Vrbem redit, *nu.*1. in eius gratiam Tiberio & Marcello magiſtratus maturius tribuuntur, huic Ædilitas, illi Queſtura, ille anno ſuo 24. iſte 18. Bellum Hiſpanicũ integratur & ſopitur, *n.*3. Herodes Cæſaream & Agrippium palatia extruit, *nu.*6. aliaque plurima opera, improbabiliter, *n.*10.11. Templa in Iudæa Cæſari erigit, *n.*13.

*Olymp. CXXCIX. V.C.727.*
*Herodis opera.*

An.m. 4031. Auguſtus XI. Conſul grauiter ægrotat, *n.*1. Agrippam præfert Marcello, & nepoti & genero, *n.*2.

*Morbus Auguſti.*

*nu.*2, Marcellus moritur, *nu.*3, eius funus & laus, *nu.* 4, 5, Cœpio & Murena in Auguſtum coniurant, & puniuntur, *n.*6, & ann. ſeq. *n.* 5. *Marcellus.*

An. mun. 4032, Romæ fames, peſtis, inundatio, *nu.*1, Auguſtus dictaturam conſtanter reſpuit. Annonæ curam per Tiberiam gerit, *nu.*2, ſe pro Cenſore gerit, *nu.*3, Cantabri & Aſtures iterum domiti, *n.*6, Auguſtus adit Siciliam, *n.* 7, Herodes Ludos celebrat quinquennales, *n.*7, 8, coniuratio in Herodem excitata & extincta, *nu.* 10, 11, Cæſaream & Sebaſtem inſtaurat, *n.*12, 13, 14, *Romæ clades.* *Ludi Herodis.*

A. mun. 4033, Auguſtus Græciam adit luſtratque prouincias, *num.* 1. Agrippa fit gener Auguſti, ducta Iulia, & præfectus Vrbi, *n.*3, Herodes ædificat, *n.* 4. *Auguſtus luſtrat prouincias.*

A. m. 4034, Auguſt. res adminiſtrat in Aſia & Syria, *num.*1. A Parthis ſigna Romana, captiuoſq; recipit, *nu.*2, Auget Herodem, *nu.*5, & querelas de eo negligit, *nu.* 4, Cæſari templum erigit Herodes in Paneade, *n.* 5, Auguſtus recipit Indorum legatos, *nu.* 7, & Sami rurſus hyemat, *ibid.* Caius Auguſti ex Agrippa nepos naſcitur, *n.*1. *Olym. cxc. V. C. 733.*

An. m. 4035, Herodes Hieroſolymis templum inſtaurat, *num.*1, & *ſeqq.* *Templum Herodianum.*

fuſe, nec conſtruxiſſe à fundamentis, *n.* 5, &c. nec potuiſſe, *n.* 18, *& ſeqq.* Romæ pro conſulatu turbæ excitantur, *n.* 31, Mors Virgilij, *n.* 32, Auguſtus redit in Vrbem, priuilegia in eum congeruntur, *nu.* 33, Agrippæ in Galliam & & Cantabros expeditio, *n.* 34.

*Virgilij mors.*

*Reditus Auguſti.*

A. mun. 4036, Cæſar Agrippam ſibi ſupparem facit, *n.* 1, Senatum ſemel iterumque legit, *n.* 2, Herodes Romam duos filios ex Mariamne mittit, *n.* 3, officij cauſa, *ibid.*

*Auget Agrippā.*

A. m. 4037, Naſcitur Lucius Auguſti ex Iulia & Agrippa nepos, *n.* 1, quē cum fratre Caio, adoptat Auguſtus, *ibid.* Ortus B. Virginis, *num.* 2. *& ſeqq.*

*Adoptat. C. & L.*

*Ortus B. Virg.*

Ann. m. 4038, Naſcitur in Nazareth B. Virgo, *n.* 1. Auguſtus cur nunc adierit Galliam, *n.* 5, Agrippa ab Herode in Syria magnifice accipitur, *n.* 6.

*Olymp. CXCI. V. C. 737.*

A. m. 4039, Res ab Agrippa in Ponto geſta, *n.* 2, cum Herode Epheſum adit, & Samum, *nu.* 3, Iudæis in Lesbo propitius eſt, *n.* 4, Herodes repetit Iudæam, *ibid.* Licinius Auguſti præfectus Galliam vexat, Auguſto prædam recipiente, *n.* 5, crudelis gula Pollionis, *n.* 6, Naſcitur Germanicus Cæſar, & à Tiberio Auguſti iuſſu adoptatur, *ibid.*

*Agrippa in Ponto.*

*Auguſti auaritia.*

*Germanicus*

A. m.

A.m. 4040, Romæ graſſatur incendium, *n.* 1, Honores decernuntur Agrippæ, *ibid.* Lentuli Auguris auaritia & infantia, *n.* 2.

A.m. 4041, B. Virgo in templo præſentata, *n.* 1, *& ſeqq.* Auguſtus in Vrbem redit, *n.* 8, Militiæ tempus ordinat, *nu.* 9. fit Pont. Max. *n.* 11, eius in Lepidum clementia, *nu.* 12, libros Sibyllinos expurgat, fatidicos exurit, *n.* 13, Agrippa redit è Syria, & ab Auguſto mittitur in Pannoniam, *n.* 14. *Præſentatio B. Vir.* *Libri Sibyllini.*

An. mun. 4042, Herodes Romam proficiſcitur, *num.* 1, 2, Auguſtus Pater patriæ ſalutatur, *num.* 2, 3, Vita B. Virginis in templo, *num.* 4, 5, Herodes filios Romæ recipit, reducitque domum, *num.* 6, Expeditio Pannonica M. Agrippæ, eiuſdemque mors, *num.* 7, ei naſcitur filius poſthumus, *num.* 8, Auguſtus Tiberium ſibi in locum Agrippæ aſſumit, eique poſtea dedit eius coniugem Iuliam, filiam ſuam, *num.* 10, res ab eo Druſo in Pannonia geſtæ, *ibid.* breuiter explicantur. *Ol.* CXCII. *V.C.* 741. *Virgo in templo.* *Agrippæ mors.* *Tiberius.*

A.mu. 4043, Calumniæ in Alexandrum & Ariſtobulum filios Herodis ex Mariamne, ab Salome Herodis ſorore ſtruuntur, *nu.* 1, Quibus nihilominus Herodes dat vxores, *n.* 2, Res à

Druſo in Germania geſta refertur, *n.* 3, eiuſdemque periculum, & ex eo victoria, *n.* 4, Germanarum mulierum aduerſus filios feritas, *ibid.* Honores Tiberio & Druſo Romæ exhibiti ſunt, *num.* 5.

*Iulia.* *Antipater.*

An. mun. 4044, Naſcitur Claudius Imperator, *n.* 1. Iulia Tiberio nubit, *n.* 3. Octauia ſoror Auguſti moritur, ab eoque laudatur, *num.* 3, Cæſaria ab Herode dedicatur, *n.* 5, 6, condit Antipatridem, &c. *n.* 7, Diſſidium domeſticũ eius augetur, *n.* 8, Herodes euehit Antipatrum contra filios Mariamnes, *n.* 9, Romamque mittit, *ibid.*

*Druſi mors.*

An. mun. 4045, Moritur Claudius Druſus, priuignus Auguſti, & Tiberij frater, *n.* 1, 2, & ab vtroque laudatur, *n.* 4, Antipater Herodis filius Romæ clareſcit, *nu.* 6.

*Olymp.* CXCIII. *V. C.* 745. *Auguſtus emendat annum.* *Mors Mecænatis.*

An. m. 4046, Sextilis menſis dictus eſt Auguſtus, *n.* 1. Cæſar emendat errorem Pontificum circa annum, *n.* 2, 3, Ei confirmatur Imperium, *n.* 4, luſtrũ condit, *ibid.* Tiberius in Germania bellum gerit, *n.* 5, Titulũ obtinet Imperatoris, *num.* 6, Mors Mecœnatis, *n.* 7, Herodes Romam & Aquileiam venit abſente Cæſare, *nu.* 8, 9, Apud eum filios accuſat, *num.* 11, Quos Auguſtus reconciliat patri, *num.* 12, Iu-

dæam

dæam repetit Herodes, & imprudens domeſticam æmulationem accendit, *num.*13, Horatius Poëta moritur, mox à morte Mecœnatis, *num.*14. *& Horatij.*

Ann. mun. 4047, Tiberij alter conſulatus & triumphus, *num.* 2, Ludi pro Auguſto, gladiatores pro A-Agrippa celebrantur, *n.* 3, Herodes ſepulchrum Dauidis dicitur expilaſſe, *n.*4.

An.m.4048, Lucius petit Caio fratri conſulatum, *n.*1, & volente Auguſto deſignati ſunt, *n.*2, C. fit princeps Iuuentutis, *n.*5, Auguſtus honorat Tiberium cum eorum offenſione, *nu.*6, Herodes Arabiam petit, cum offenſione Cæſaris, *n.*10. *L. & C. nepotes Auguſti, atq; delicia.*

An.m.4049, Cæſar fit XII. Conſul, vt Caium in forum deducat, *n.*1, Tiberius abit ex Vrbe, *n.*2, Rhodi ſeptennium moratur, *nu.*3, Herodes nouos legatos Romam mittit, *n.*4, & 6, noua eius cum filijs diſſidia, *n.*5. *Tiberius Rhodum abit.*

A.m.4050, Quæ fuerit Tiberij vita Rhodi, *n.*1, Cæſar Herodi reconciliatur, *n.*3, & ad eum de filijs ſuis ſcribit, *n.*4, Quos Pater in Iudicio damnari curat, *nu.*5, & mox per nouam calumniam occiduntur, *n.*6. *Olymp. CXCIV. V.C.749. Herodis filij per calumniam occiſi.*

A.m.4051, Ortus Galbæ Imperatoris, *n.*1, Antipater aditum munit ad Pa- *Galbæ ortus.*

Patris cædem, *num.* 2, filijs occiſorum fratrum infenſus, *num.* 4, parat venenum patri, eique res innoteſcit, *n.* 5, 6, Ortus S. Io. Baptiſtæ prædicitur, *n.* 11, 14, Num Zacharias ſummus Sacerdos *n.* 12. *& ſeqq.* S. Ioannis priuilegia, *n.* 15, 16, Zacharias incredulus punitur, *nu.* 17, B. Virgo deſponſatur, *n.* 18, verumque init matrimonium, *num.* 20, 21, Ioſeph virgo non viduus, *n.* 22, Eius ætas, *n.* 24.

*Antipater Herodis.* *Ortus S. Io. Bapt.* *B. Virg. deſponſ.*

An. m. 4052, Idemque Conceptionis & Natiuitatis Chriſti, *n.* 1, *& ſeqq.* Auguſtus XIII. Conſul Lucium in forum deducit, *nu.* 5, eam celebritatem ornat ſpectaculis, naumachia, gladiatoribus, *n.* 6, 7, Iulia adulterij rea relegatur, *num.* 9, 10, Caij in Syriam expeditio, *num.* 11, Belli Parthici cauſa, *nu.* 12, Eius comites Lollius & Quirinus, *ibid.* Ex itinere adit Tiberium, *nu.* 13, Phraates territus eius aduentu dimittit Armeniã, *n.* 14, Templum Iudæorum cõtemnit, *n.* 15, Antipater redit ad Herodem, à quo male accipitur, *n.* 16, 17, multorum criminum damnatus in vincula conijcitur, *n.* 18, & 19, De eo Herodes ſcribit ad Cæſarem, *n.* 20, Seditio in Herodem, ob aquilam auream, *nu.* 22, Mathatiæ Pontificatum adimit, *n.* 23.

*Chriſti Conceptio & Natiuitas.* *Iulia relegatur.* *Caius in Syriam.* *Antipatri vincula.*

Ratio temporis natalis Domini vndecim ex capitibus confirmatur, *n.* 24, *& ſeqq.* ad 46, Miraculum diuinæ Incarnationis, *n.* 47, &c. Priuilegia diuinæ conceptionis, *n.* 50, & 51, Quis nuntius huius myſterij, & quod tempus, *n.* 52, 53, *& ſeqq.* quis locus, *n.* 61, & 62, Virgo adit Elizabetham, & ex itinere Hieruſalem, *n.* 64, mutua ſalutatio, *n.* 67, &c. adeſt parienti cognatæ, *n.* 70, Turbatio Ioſephi, & ſedatio, *num.* 71, *& ſeqq.* fuſe. Virgo cum ſponſo migrant in Bethlehem, *num.* 75, Edictum Cæſaris ſeu potius Caij, qui tum erat in Oriente, quale fuerit, *num.* 77. *Ratio temporis natalis Domini. Miracula eius. Viſitatio B.V. Turbatio Ioſephi.*

Locus Natiuitatis Bethlehem, *nu.* 79. reclinatur in præſepi, *nu.* 81. admiratio Virginis, *n.* 84. & mundicia partus, *ibid.* & *n.* 86. Angeli paſtoribus rē nunciant, *n.* 86. 87. &c. Concluſio, & finis ſextæ ætatis, *num.* 92. *Natiuitas Domini.*

---

## *Septima Mundi AEtas, quæ eſt Euangelij, ſiue à Chriſto nato.*

ANnus m. 4053. Chriſti primus, primo die an. Iuliani quagrageſimi quinti circumciditur, *nu.* 4. non in ſtabulo, ſed in diuerſorio, *num.* 8. *& ſeqq.* *Chriſti Circumciſio, &c.*

*& ſeq.* fuſe. Ibidem adoratur à Magis, 6, Ian. *n.* 13, *& ſeqq.* Chriſtus defertur in templum, redimitur 5, ſiclis, Virgo purificatur, *num.* 30, *& ſeqq.* migrat in Ægyptum, *num.* 33, Herodes ſe deluſum agnoſcit, *nu.* 35, Innocentes iubet interfici, *nu.* 36, 37, &c. Tiberias reditum in Vrbem petit, nec impetrat, ſed remanet Rhodi legatus, *n.* 2, 3, Caius redit ex Oriente, Lucius adit Hiſpaniam, *n.* 3, Herodes ſub feſta Paſchalia moritur, *n.* 23. & 24. & maximè, *n.* 40. *& ſeqq.* multorum cæde iubet ſibi parentari, *num.* 43. Iubet Antipatrum interfici, *n.* 45. Regem deſtinat Archelaum *numero* 46. Rex acclamatur, *num.* 48, abſtinet tamen à Regis titulo, *num.* 50, Romam adit cum ſuis, *num.* 51.

*Innocentiũ cædes.*

*Mors Herodis & Antipatri.*

*Archelaus.*

*Olymp.* CXCV. *V.C.* 753.

A.m. 4054, Initium Æræ Chriſtianæ, anno Iuliano 46. & Imperij Auguſti 44, cuius filius C. hoc anno Conſul fuit, *n.* 3, 4. &c. quem geſſit abſens, *n.* 7, filij Herodis apud Auguſtum diſceptant, *n.* 11, 12, qui Herodis ditionem tripartito diuidit, *nu.* 13, Iudæi in ſeditione ad duo millia crucifiguntur à Varo, *n.* 12.

*Æra Chriſtiana.*

*Diuiſio Iudææ.*

*Tiberij reditus.*

Ann. mun. 4055. Tiberius redit in vrbem, *n.* 1. Lucius Cæſar Maſſiliæ moritur, *num.* 2, Chriſtus reducitur ex

Ægypto,

Ægypto, *n.*4 idque fuſe probatur, *n.*5. 6. *& ſeqq.* Cur Ioſeph timuerit Archelaum, *n.*8. is mutat Pontificem, *num.* 9. Ortus Ioannis Euangeliſtæ, *n.*10. *L. moritur Chriſtus ex Ægypto.*

Anno mundi 4057. Caius Auguſti filius moritur in Lycia, *n.*1. 2. 3. Auguſtus Domini nomen recuſat, *nu.* 5. Tiberium adoptat, *num.* 6. & Agrippam, poſthumum Agrippæ, *nu.* 7. Tiberius in Germaniam mittitur, *ibid.* *C. moritur.* *Tiberius adoptatur.*

Anno mun. 4058. Inſignis Auguſti clementia in Cinnam inſidiatorem, *n.* 1, 2, 3, Romæ terræ motus, inundatio, fames, *n.*4. Tiberius Germaniam repetit, & quæ ibi geſſerit, *n.* 6. *Olymp.* CXCVI. *V. C.* 759.

Anno mundi 4059, Fames Romæ perſeuerat, *n.* 1. Libertinos curandis incendijs Auguſtus inſtituit, & Ærarium militare, *n.* 2, Trepidatio à Marcomannis, contra quos feliciter à Tiberio, Saturnino & Meſſala pugnatum eſt, *num.* 3, Cornelius Coſſus deuictis Gætulis dictus Gætulicus, *n.* 4, *Fames.* *Marcomanni.*

Anno mundi 4060. Auguſtus Tiberio res in Pannonia gerente, ad eum mittit Germanicum, *nu.* 1, Agrippam abdicat ac relegat, *n.* 2. *Germanicus.*

Anno mundi 4061. Archelaus Romæ accuſatus accerſitur ab Auguſto, *n.* 3. Varus Iudæam Syriæ contribuit, *n.* 5. Prætores Prouinciarum Romanorum

norum veri prædones, *nu.* 7. Auguſtus bellis intentus exit ab Vrbe, *n.* 8.

*Olymp.* CXCVII, *V. C.* 761, *Ortus Veſpaſiani. Archelai exilium. Quirinius*

Anno mundi 4062. Naſcitur Veſpaſianus, *num.* 1. Archelaus in ordinem redactus, in exilium deportatur, *ibid.* fratribus in propria ditione perſeuerantibus, *n.* 1. Cenſus Quirinij poſterior, *n.* 4. Ananus, qui & Annas Pontifex, *num.* 5. Auguſtus orationem habet pro Matrimonio, *num.* 6. Veſtalibus nihilominus, & Virginitati fauet, *n.* 7. Romani cladem in Dalmatia ab incendio accipiunt, *n.* 8. Res ibi à Tiberio & Germanico geſta, & honores victoriæ, *num.* 9. 10. hoc anno contigit

*Variana clades.*

Variana clades, *nu.* 11. 12. Vt res geſta fuerit, vide *n.* 13, Auguſti luctus, *nu.* 15, & ſtudium reparandi belli Tiberio duce, *n.* 16.

A. m. 4063. Tiberius rem bene gerit in Germania, *n.* 1, Seditio à Iuda Galilæo excitatur, à quo ſecta Galilæorum Dominum reſpuentium, *nu.* 1, 2, In Chriſtianos per calumniam deriuata eſt, *n.* 4. Eiuſdem mors, & ſucceſſores, *n.* 5.

*Galilæi.*

Anno mundi 4064. Profectio Hieroſolymitana, & triduana Chriſti amiſſio, an. 12. *nu.* 1. 2. non videtur mendicaſſe hoc triduo, *n.* 3. 4. Tiberio par cum Auguſto ius datum, *n.* 7. Trium-

*Chriſti an.* 12.

phat

phat de Pannonia & Dalmatia, *ibid.*

Anno mundi 4065. Variæ de morte S. Ioſeph ſententiæ, *nu.* 1. *& ſeqq.* videtur mortuus ſub extremam Chriſti adoleſcentiam, *num.* 4. Germanicus fit Conſul, eum Auguſtus Senatui commendat, Senatum verò Tiberio, *num.* 6. Auguſtus libellos famoſos exurit, *ibid.* Germanicus in circo ducentos leones exhibet, *ibidem.* filium Caligulam hoc anno ſuſcepit, *numer.* 7. *Mors S. Ioſeph.* *Ortus Caligulæ Imper.*

A.m. 4066. Auguſtus condit teſtamentum anno ante mortem, quod apud Veſtales deponitur, *n.* 1. Germanicus adit Germaniam, *n.* 2, *Olymp. CXCVIII. V.C. 765.*

A.m. 4067. Auguſtus Tiberium adeuntem Illyricum comitatur, & valetudine tentatur, *num.* 3. Reuocat Tiberium, *ibid.* moritur, *n,* 4. anno ætatis 76. minus 35. diebus, 14. Cal. Sept. *n.* 7. 8. Anni Imperij eius diuerſimode numerantur, *n.* 9. corpus Romam honorifice defertur, *nu.* 12. eius apotheoſis, *num.* 13. Tiberius principatum coactus admittere videri vult, *nu.* 15. 16. Agrippam iubet interfici, quaſi æmulum Imperij, *nu.* 14. Milites in Illyrico tumultuantur, & Druſi opera ſedantur, *nu.* 17. Iulia Auguſti filia relegata moritur poſt exilij annos fere 15. *n.* 18. *Mors Auguſti, & funus.* *Tiberij initia.* *Iulia mors.*

A.m.

Anno mundi 4068. Militibus ab Auguſto legata Tiberius inuitus perſoluit, *n.*1, fit Pont. Max. *ibid.* Germanicus in Germania bene rem gerit, *nu.* 2. In ſaltu Varianæ cladis parentibus poſt ſextum annum, *n.*3, Tiberius ſibi à Germanico quaſi æmulo imperij metuit, *n.*1.

*Germanicus in Germania.*

Anno mundi 4069. Tiberius Germanicum ex Germania reuocat, vt in Orientem mittat, *n.*1. Eius victoria & in trophæo modeſtia, *n.*2, 3, Tiberius eum reuocat inuitum; qui denique reuertitur, *num.*5, Libo Druſus res nouas molitur fiducia Mathematicorum, qui propterea pulſi ex Italia, *num.*6, Pſeudo-Agrippa à Tiberio occiditur, *num.*7,

*Olymp.* CXCIX. *V.C.* 769. *Germanicus in Oriente. Ouidij mors, & T. Liuij.*

Anno mundi 4070. Cermanicus de Germanis triumphat, *num.*1. & 2. Eum Tib. in Orientem deſtinat, *nu.*3. eamque rem Senatui perſuadet, *nu.*4, Piſo deſtinatur Syriæ præſes, & Druſus in Illyricum, *n.*5, Terræ motu in Aſia 12, vrbes pereunt, *num.*6. Mors T. Liuij & Ouidij in exilio, *n.*7.

Anno mundi 4071, Caiphas Pontifex creatur, *n.*1. Germanicus in Orientem proficiſcitur, *nu.* 2, & Cn. Piſo in Syriam, *num.*3. qui ſibi legiones indulgentia conciliat, *n.*4, Germaulcus dat regem

regem Armenis, Cappadoces ordinat & Comagenos, *nu.* 4. eius cum Piſone ſimultas, *nu* 5. Artabani regis Parthorum in Germanicum legatio, *n.* 5. Herodes Antipas Tiberiadem condit, nominatque in honorem Tiberij, *n.* 6. *Tiberias.*

A.m. 4072. Germanicus inuiſit Ægyptum, *nu.* 1. Inde reuerſus omnia à ſe conſtituta à Piſone antiquata reperit, *n.* 2. inde aperta odia. Germanicus incidit in morbum, veneni à Piſone ſuſpectum, *nu.* 3, denique moritur Antiochiæ, *nu.* 4, Tiberius reus mortis illius creditur, *num.* 5, Eius Lipſana ab vxore Agrippina Romam deferuntur, quo & Piſo abit, *n.* 5, Sacra Ægyptia, vt Iudaica vrbe pulſa, *n* 6, & 7. *Germanicus veneno tollitur. A Piſone, volente Tiberio.*

Anno mundi 4073. Luctus vrbis pro Germanico, eiuſque funus, *num.* 1, Piſo Romæ accuſatur, & populus in eum furit, *nu* 2 Ab vxore deſertus, ſe ipſe perimit, *n.* 3, mortuo Germanico ſæuitia Tiberij eripit, *n.* 3, & ſcholio 1. *Tiberij ſæuitiæ.*

Anno mundi 4074. Tiberius IV. Conſul cum Druſo filio, *num.* 1, omnes eius Collegæ violenta morte periere, *ibid.* Quirinius moritur, *n.* 2, fit S.C. de differendo ſupplicio in decimum diem, *n.* 3. *Olym.* CC. *V.C.* 773.

Anno mundi 4075, De luxu coërcendo fruſtra in Senatu agitur, *num.* 1,

Eiuſ-

Eiuſdem Tiberij luxus, *ibid.* Druſo filio Tribunitiam poteſtatem petit, *nu.* 2, quem deſtinat imperij ſucceſſorem, *ibid.* Theatrum Pompeij incenſum, *n.* 3, Maieſtatis crimen amplificatum, *num.* 4.

An.m. 4076, Iuſto Dei iudicio Tiberius amiſit Druſum filium, *num.* 1. Ælius Seianus in magnam à Tiberio potentiam euectus, *n.* 3, ambit dominatum, *ibidem.*, eius cum Druſo inimicitiæ, *n.* 4. eius vxorem adulterio pollutam veneno armat in virum, tollitque, *nu.* 4, 5, Germanici familiam perdere ſatagit, *n.* 6, Hiſtriones Italia, vel vrbe pulſi, *ibid.*

*Ælius Seianus.*

*Druſi mors.*

An.mu. 4077, Tiberij æmulatio in Germanici familiam, opera Seiani, *nu.* 1, qui calumnijs claros viros impellit ad mortem, *n.* 2. In Africa à Dolabella debellatum eſt, *n.* 3.

*Seiani malitia.*

*Olym.* CCI.
*V. C.* 777.

A.m. 4078, Cremutius Cordus ob laudatum Brutum & Caſſium, & perſtrictum Seianum, huius opera damnatur, *num.* 1. Idem Liuillam Druſi viduam à Tiberio vxorem petit, *n.* 2.

A.m. 4079. Pilatus Iudææ procurator, *n.* 1. Tumultuantur Iudæi ob ſigna Cæſaris, à Pilato inducta in vrbem, *n.* 2, 3, &c. Agrippina fruſtra à Tiberio maritum petit, Seiani in eam calum-

*Pilatus.*

*Agrippina.*

nia,

nia,& dolus, *num.*6. Tiberius abit ex vrbe cum Seiano, *nu.*7. Seianus perniciem duorum Cæſarum filiorum Agrippinæ & Germanici machinatur.

A.m.4080. Clades ex ruina Amphitheatri apud Fidenam, *nu.*1. alia ex incendio montis Cœlij, *nu.*2. Tiberij ad Capreas otium negligentia imperij, ſecretæ libidines, &c. *num.*3.4.5. Seiani artes in Germanici familiam, *n.*5. Herodes accipit Herodiadem vxorem Philippi fratris ſui, *nu.*6. nec inuitam, *n.*7. repudiata vxore, *n.*8. alia eiuſdem Herodis crimina, *ibid.* *Tiberij otium.*

An.m.4081. Ioan. Bapt. incipit concionari & baptizare, *nu.*1.2. Cædes Sabini amici familiæ Germanici, à Seiano ſubornata, *n.*3 Tiberio grata, *nu.*4. Mors Iuliç neptis Auguſti, *n* 5. filia Germanici Agrippina Cn. Domitio nubit, ex quibus oritur Nero crudelis, *n.* 6. *Io. Baptiſt.* *Nero.*

An. mun. 4082. Chriſtus ineunte anno 30. à Ioanne baptizatur, *nu.*1.&c. & *nu.*17. *& ſeqq.* fuſe ex D. Luca, ad *nu.* 27. Contraria ſententia de annis expletis refutatur, *n.*28.29. &c. Caiphas tunc ſolus Pontifex fuit, *num.*31. Chriſti prædicatio dici poteſt 4. annorum, intra quinque paſchata, *num.* 32.33. Anno baptiſmi non eſt concionatus, *numer.* 34. 35. &c. fuſe. Ioannes non videtur *Olympiad. CCII. V.C.781. Baptiſmus Chriſti.*

videtur à Chriſto baptizatus, *n.* 41, 42. Quid Chriſtus à baptiſmo ad nuptias in Cana Galilæa egerit, *n.* 43, Interim Ioannes dat de eo teſtimonium non ſemel, *ibid.* Liuia vxor Auguſti moritur, Tiberius in eam ingratus, *nu.* 44, & 45.

*Liuia mors.*

*Chriſti prædicatio anni primi.*

A. m. 4083, Annus primus prædicationis Chriſti, *n.* 1, Conuerſio aquæ in vinum, *ibid.* Colloquium cum Nicomede, *n.* 2, Ioannes in carcerem mittitur, *n.* 4, 5, Chriſtus Samaritanam conuertit, *n.* 6. Reguli filium ſanat, *num.* 7, Tiberius Aſinium Gallum crudeliter, diuque maceratum, interficit, *n.* 9, & pleroſque alios quibus mortem pro beneficio dabat, *n.* 10, Seiani honores ſummi, *num.* 11, Tiberius ei perniciem ſtruit, *n.* 12.

*Tiberij crudelitas.*

*Publica Chriſti prædicatio.*

A. m. 4084, Initium publicæ prædicationis Chriſti, in Capharnaum, totaque Galilæa, *n.* 1. 2, Tempeſtatem ſedat, dæmones in porcos emittit, *nu.* 3, vocat Matthæum, curat Æmorroiſſam, filiam Archiſynagogi ſuſcitat, cæcos illuminat, &c. *n.* 4.

*Electio Apoſtolorũ Sermo in monte.*

Eligit 12. Apoſtolos, *n.* 8. ſermonem habet in monte, *n.* 9, *& ſeqq.* Mox puerum Centurionis ſanat, & filium viduę ſuſcitat, Ioannes ad eum duos diſcipulos mittit, Chriſtus Magdalenam con-

conuertit, *n.*17. venit in Nazareth, vnde eijcitur, *nu.*18. mittit diſcipulos ad prædicandum, *num.*19. Herodes Ioannem interficit, *n.*19.

Seianus 18. Octob. a. V. C. 783. occiditur, *n.*22. Seiani felicitas, & Tiberij artes ad eum euertendum, *n.*24. ſperat Tribunitiam poteſtatem. Macro eum fallit, eripitque ei prætorianos milites, tum eum in Senatu vinciri iubet, *nu.*27. conijcitur in carcerem, *nu.*28. Populus in eum furit, *n.*29. Senatus eum morti addicit, *ibid.* raptatur in Tiberim, eius liberi occiduntur, vxor ſeipſam iugulat, *nu.*30. populus in amicos Seiani ſæuit. *Mors Iannis, & Seiani.*

A. m. 4085. Chriſtus quinque millia hominum nutrit 5. panibus, *nu.*1. prænunciatur Euchariſtiæ inſtitutio, *n.*2. Petrus ambulat ſuper aquas, *num.*2. Chriſtus ſanat filiam Chananææ, iterumque panes multiplicat, *n.*3. Transfigurat ſe in monte Thabor, *n.*4. abit in Iudæam, & decem leproſos in itinere ſanat, *nu.*5. diſſerit in templo, ibique adulteram liberat, *ibid.* cæcus à natiuitate illuminatur, *n.*6. Hoſpitio accipitur à Martha, *num.*7. docet diſcipulos orare, *ibid.* Phariſæos reprehendit, &c. *n.*7. clades Seianorum quieſcit, moxq; recrudeſcit, *nu.*12. in ijs felix Varronis conſtantia, *n.*13. *Transfiguratio.*

*Olympiad. CCIII. V.C. 785. Chriſti mors quando contigerit. Lazarus ſuſcitatur.*

An.m.4086. Chriſti 34. & vltimus, qui annus confirmatur, *num.* 1. *& ſeqq.* moritur tamen ante principiũ Olymp. 203, quia mortuus eſt in Paſchate, & Olympiades inchoantur in Æſtiuo ſolſtitio, *n.* 9. mortuus eſt 8. Cal. April. *n.* 13. feria ſexta, *n.* 14. ſed prius Lazarũ ſuſcitat, *num.* 16. Pontifices concilium cogunt contra Chriſtum, qui abit nihilominus Hieroſolymam, & prædicit mortem ſuam, *nu.* 17. poſtulatio filiorum Zebedæi, *n.* 18. Chriſtus in Bethania conuiuio accipitur, *n.* 19, ibique à Magdalena inungitur, *nu.* 21, Intrans Ieruſalem cum palmis accipitur. In templo cum Iudæis diſſerit de eorum reprobatione, & vocatione Gentium, &c. per parabolas, *n.* 23, *& ſeqq.* Iudæis de Chriſto capiendo conſultantibus ſuperuenit Iudas, *nu.* 27, quantum pecuniæ acceperit, *n.* 28. feria quinta ad veſperam edit agnum paſchalem, lauat pedes diſcipulorum, inſtituit Euchariſtiam, *nu.* 28, 29, Iudas in cœna communi occultè proditur, *n.* 29. Apoſtoli de primatu contendunt, Petro prædicitur negatio, *n.* 30. Adit Oliuerum & orat, *num.* 32. ibidem capitur & ducitur ad Caipham, ſed in tranſitu ad Annam, *nu.* 33. quæ ibi ea nocte geſta, *nu.* 34, & 35. Mane apud Pontificem damnatur,

*Rami palmarum.*

*Iudas.*

*Euchariſtia.*

*Capitur Chriſtus, &c.*

*n.* 6,

*n.*36, Accuſatur apud Pilatum, & Herodem, *n.*38, poſtponitur Barrabbæ, *n.* 39, flagellatur, *nu.*40, *& ſeqq.* coronatur, *n.*43.44, oſtenditur populo, *n.*45. damnatur à Pilato, *num.*47. ducitur ad ſupplicium, *n.*48, 49, crucifigitur hora ſexta, *n.*51, quæ ad mortem vſque contigerint, *n.*52, Prodigia à Chriſti morte, *num.*53, *& ſeqq.* Reſurrectio ſanctorum, *num.*58, qui mox iterum mortui merito creduntur, *n.*59, 60, 61, Domini ſepultura, *num.*63, Epitome vitæ & mortis Chriſti, *nu.*65, *& ſeqq.* Chriſti reſurrectio, *nu.*70, & 72, ordo apparitionum, *n.*72, 73, 74, Aſcenſio Domini, *n.*75. *Crucifixio* *Reſurrectio.* *Aſcenſio.*

Tiberij hoc anno crudelitas in ſuos, alienoſque monſtratur, *n.*77, 78, præſertim in Aſinium Gallum, *num.*79, & Druſum Agrippinæ filium, ipſamque matrem calumnijs oneratam, *num.*81. Mors voluntaria Coccei Neruæ, & aliorum, *nu.*82, Exercet liberalitatem in pauperes vſuris oppreſſos, *num.*93. *Tiberij ſæuities.*

Operis concluſio, & gratiarum actio Deo, Beatæque Virgini, *n.*94. *& ſeqq.*